..a Coſquinij ꝑpugnaculi vi effracta, vr-
..nfeſta ſigna intulerit, Et ſacra oīa pro-
..anans, Primariū phanū, Diuo Iohanni ſa-
..m, in ædē Mahumetis conuertit, euulſis e
dibus ſuis ſtatuis, & beatorꝝ imaginib⁹ ab-
aſis, Chriſti crucifixi ſtatuas, luto cenoq; cō
..ſas, per ſtrata eiecerunt, Chriſtianis tol-
e volentibus, ſtatim fuſtuariū paratū erat.
..a igitur fronte neges quęſo, Turcas eſſe
..tes Chriſti?
..a rurſus impudentia neges, populū no-
.., baptiſmo regeneratū, cruce ſignatū, pro
& Eccleſia Chriſti pugnantē, pro Chri-
..loria Chriſtianorūq; ſalute, mortis diſ-
..ıē adeuntē, aut eē aut vocari debere ex-
..tū Chriſtianorū cōtra Turcas? Quid ro-
..vel inſanius vel magis impiū effingi q̄-
..? Si filij Iſrael egrediētes ex Aegypto di-
..ti ſunt exercitus dn̄i, in libro Exodi, q̄uis
..plurimi īter eos eſſēt Idololatræ, vti expro-
brat

nantib⁹ recte ac vere dixit Moyſes, Conſe-
craſtis manus veſtras hodie dño, vnuſquiſq;
in filio & in fratre ſuo, vt det̃ vobis bñdictio
Cur Papa non poſſit ſimile qd vel dicere vel
permittere miniſtris & ſacerdotibus Chr̃i in
hoſtes Chr̃i crudeliſſimos, q̃ Chr̃m blaſphe-
mant, perſequunt̃ & exterminare conant̃?
Hoc em̃ tu ip̃e q̃ȝ fateris: & ius naturale de-
fenſionẽ cuilibet p̃mittit, Nec deſunt huiuſ- xxiij.
mõi pietatis exẽpla, & quidẽ ſanctiſſima. Le viij gi.
gi (inquit Hieronym⁹ ad Ripariũ cõtra Vi- Num.
gilantiũ) Syromaſten Phinees, auctoritatem
Eliȩ, & zelũ Simonis Chananei, Petri ſeue
tatẽ, Ananiã & Sapphirã trucidantis, Pa
conſtãtiã, qui Elymã magũ, vijs dñi reſiſte
tẽ, ȩterna cȩcitate dãnauit. Nõ eſt crudeli
p̃ Deo ſed pietas. Et Chryſoſtom⁹. Occi
(inq̃t) Phinees hoĩem, & reputatũ eſt illi
iuſticiã. Abrahã v̾o non ſolũ homicida, ſe
etiã Parricida (qđ certe grauius eſt) effect
deo magis placuit. Petrus v̾o geminũ fe
homicidiũ, fuit tamẽ opus ſp̃uale qđ factu
ẽ. Hȩc tibi refero Palinode, nõ ſane vt ſace-
dotes ad arma aut in bella concitem, ſed vt
extremam defendendi neceſſitatem excu-
ſem

ſem,Nõ em̃ ſacerdotũ proprium officiũ eſt, gladio aut haſta pugnare,ſed ꝑcibꝰ & lachry
vij mis Deũ placare,vt dũ alij pugnant telis & armis ipſi Moyſi exẽplo tenſis ad cœlũ ma-nibus Deũ orent.

## SEMPER IN FIDELIVM EXERCI-tibus fuiſſe ſacerdotes CAP. XV

Abſit igitur,vt Reges & Principes Chriſti-ani erubeſcant,aut a ſuo exercitu reijciant vel ſignũ crucis Chriſti vel ſacerdotes Chr̃i Ca-tholicos. Nam victoria eis cœleſti oraculo ꝓmiſſa eſt & in virtute ſaluificę Crucis & in ibus piorꝝ ſacerdotũ,Cęterꝝ Apoſtatas & eticos merito reijciũt, nã funeſta eſt eo-conuerſatio,filij em̃ Iſrael vincere nõ po-ant,ſed vincebant̃,ꝙ diu habebant apud n exercitu Achor filiũ Charmi ſacrilegũ. Moyſes populũ recedere iuſſit a taberna-lis impiorꝝ,ne inuoluerent̃ in peccatis eo-A bonis autẽ ſacerdotibꝰ nullꝰ vnꝙ ab-rruit exercitꝰ Dei. Moyſes nullũ cõmiſit iũ abſqꝫ ſacerdotibus & leuitis,Quin imo inees filiũ ſummi ſacerdotis(qui & ipẽ pa-tre defuncto ſũmus ſacerdos fuit. Iudi.20.) ꝓfecit Ducẽ exercitui cõtra Madianitas,va-

ſaqꝫ

ſaq; ſancta & tubas ad clangendũ tradidit ei.
Nec defuit ſucceſſus glorioſę victorię, occi-
ſis regibus quinq; & cũctis maribus, rediјtq;
victor exercitus maxima preda locupletatꝰ,
Sanxit ꝑterea cũ Deuteronomio, vt appro- Deu. xx.
pinquãte prelio ſacerdos ſtet ante aciem, po-
pulũq; adhortetur & confortet. Sic & Hie-
ſus Naue, qui Chriſti typum, tum in geſtis,
tũ in nomine gerebat; nuſq; ſine ſacerdotibꝰ
& leuitis vel exercitũ duxit, die preliũ cõmi
ſit, Qui ex pacato in hoſtile ſolũ tranſiturus Ioſ.
pręcepit ſacerdotibus, vt tollerent Arcã foe
deris & precederent populũ, Qui & in me
dio Iordanis cũ arca ſteterũt donec omnis
pulus pertranſiret. Et Dauid, pater Chr
ſecundũ carnẽ, Rex bellicoſiſſimus, nuſq;
ne ſacerdotibus in bello fuit. Hæc em̃ ſu
verba Salomonis ad Abiathar ſacerdotẽ
Vade in Anathot ad agrũ tuũ, Et quidẽ
mortis es, ſed hodie te nõ interficiã, quia ꝑ
taſti Arcã dñi dei coram Dauid patre me
& ſuſtinuiſti laborẽ in omibus in quibus la-
borauit pater meus, Et alibi inter pręcipuo
Reges comites connumerant̃ Sadoch filius
Achitos & Abimelech filius Abiathar ſacer
D dotes

dotes, Saul autẽ Rex fortiſſimus, cũ non ha
beret niſi tria Milia virorũ, prçliaturus con-
tra. XXX. Milia curruũ, ſex milia equitũ &
reliquũ vulgus innumerabile, quũ obtuliſſet
holocauſtũ, non expectato Samuele, audire
meruit. Nequaꝗ̃ regnũ tuũ vltra conſurget.
Quid vis igitur, Palinode, vt ſentiã de te, qui
nullũ permittis Regi aut exercitui Chriſtia-
no ſacerdotẽ? aut certe ſummus mihi vide-
ris, ſupra oẽm barbariẽ, oĩs religionis con-
tẽptor, aut ſceleſtiſſimus patriæ Chriſtiano-
rumq; exercituũ proditor, qui per religionis
contẽptũ reges populoſq; noſtros precipita-
onaris in irã dei, atq; in ſeuas manus Tur
rum, vt noſtris quoq; regibus propter re-
onis neglectũ dicat Deus, Nequaꝗ̃ reg-
n veſtrũ vltra cõſurget, Quomõ eẽ vo-
ntas aut oculus dei ſit ad eam multitudinẽ
ſpretis ſacerdotibus nulla ſecũ habeat ſa
, nulla ſacrificia, nullas expiationes?

DE VICTORIOSIS BELLIS NO-
ſtrorũ preſentib⁹ Epiſcopis & Præ-
ſbyteris contra Turcas
CAPVT. XVI

ORA. At dicis, nõ abſq; clade hactenus bellis
noſtris

noſtris contra Turcas interfuiſſe ſacerdotes. Ego vero id pernego, Nam anno dñicæ in-carnatiōis. M. XCIIII. ſub Vrbano Papa. II. facta eſt maxime inſignis contra Turcas ex-peditio, & ea quidē maxime victorioſa, du-cibus exercituum p̄cipuis Gotfredo Lotha-ringiæ duce & Boemūdo Tarentinoꝝ Prī-cipe, Qui tranſmiſſo Helleſponto, in Bithy-nia recenſito ac luſtrato exercitu, ſub ſignis habuiſſe ferūtur ſexcēta Milia peditū & cē-tū Milia equitū Loricatoꝝ, Tanta fuit tunc Chriſtianorū promptitudo & religioſitas ampliando ac recuperando cultu Chriſ dec ac religione Chriſtiana, Et tamē p̄te los magna vis hominū ſine certo duce v ad idem tendens negociū, aduenerat, Q vero nec ordinē nec obedientiā vllam ſ uarent, cęſi ſunt partim a Gręcis & Hung ris ac Bulgaris, partim a Solymano Tu rum Principe. Ille autē exercitus fœliciſſi rem geſſit, habens apud ſe multos religioſ tū Epiſcopos tū p̄ſbyteros. Nam occurren tē Solymanū vicit ac fugauit. Niceā, duob olim Concilijs Oecumenicis inſignē vrbem cepit, & in ea vxorem filioſq Solymani, nec

Ant Sal cus nea lib

multo poſt cepit & Antiochiã, primam Pe
tri Cathedrã,vrbẽ Syrię clariſſimã.CCCC.
&.LX. turribus olim munitã, quã tradidit
Boemundo,qui ꝓbſeſſus ibi a Turcis & Sa-
racenis,atq; ad inediã redactus, diuinã im-
plorauit opẽ,priuſq; igitur erũperet ĩ hoſtes
indixit militi ieiuniũ & peccatorꝝ cõfeſſionẽ
vbi vero ſacerdotes mane celebraſſent diui-
na,populũq; corpore Chriſti muniuiſſent.
Dux inſtructis.XII.aciebus,& accepta pri⁹
benedictione ab Epis,tam alacriter irruit in
hoſtes,vt vno prelio ad centũ Milia hoſtiũ
cæſa.XV.Milia Camelorꝝ capta,preter
umerã aliarꝝ rerũ ex orientalibus diuitijs
lã,qua potitus eſt victor exercitus,Cap-
ite Hieroſolyma.CCCC.& XC. an-
a Saracenis prius occupata,Cui oĩm cõ-
ſu prefectus eſt Rex Gotfredus,dux re-
ſus,fortis ac ſummis decoratus virtuti-
s,Qui cæteris Regũ inſignibus receptis,
oronæ vſu pertinaciter abſtinuit,nefas ra-
s, Chriſtanũ hoĩem ibi aureã coronã ge-
tare,vbi Chriſtus,qui humanũ genus rede-
mit,ſpineã tuliſſet.Quũ vero ĩmẽſa vis ho-
ſtiũ appropinquaret, Gotfredus, relicto ad
vrbẽ

vrbem p̃ſidio, venientibus occurrit, & mox inito prelio, quod dubio marte in plures horas protractũ eſt, vicit tandẽ rex Chriſtianus cęſis hoſtibus ſupra Centũ milia, ferunt autẽ nõ nulli, ex noſtris fuiſſe ibi ſolũ modo quinq̃ milia equitũ & . XV . Milia peditũ . In hoſtiũ vero exercitu Centũ milia equitũ & . CCCC . milia peditũ, Hęc breuiter de vna expeditione Chriſtianoꝝ cõmemorauerim, in qua ꝓculdubio multi fuere ſacerdotes & Epiſcopi, & inter eas Epũs Podienſis . Adamarus Sedis Apoſtolicę legatus, qui Anthiochię deceſſit e vita . Hieroſolymis aut̃ Epis ordinatus eſt Patriarcha Arnoldus ſbyter, ſiue (vt aliqui volunt) Daibertus chiepiſcop⁹ Piſanus . Longũ autẽ foret cenſere nũc plurimas, eaſq̃ p̃clariſſimas, quorũ exercituũ noſtroꝝ contra Turcas Saracenos victorias, quibus affuerũt L ti Romani ſimul cũ pleriſq̃ alijs Epis & ſbyteris, ſ . vnica illa iam recitata expedi mendati tuũ manifeſtiſſime conuiucit .

## DE CLADE VARNENSI CAP. XVII.

ORA . Q; autẽ cladẽ Varnenſem reijcis

Cardinalē Iulianū, virū ſane optimū & ſanctiſſimū, non modo vane & maligne, ſed & impie ac ſcelerate mentiris cōtra manes innocentiſſimi viri, quē ſane Aeneas Siluius virū magnū & admirabilē vocat. In quo neſcias doctrina maior an eloquētia fuerit, blādi mores, vita in oīni ætate nitida, religionis zelus qui oīa ꝓ Christo & mortē ipſam ſ̄ꝑe ſuaſerat. Cęterū Poloni & Hiſtoricorū maior pars eam cladem Ioanni Huniadi, multis alioqui contra Turcas victorijs claro, Vuaiuodæ Hungarico acceptā referūt, qui tertius e pugna abſceſſit cū decē Milib⁹ Hūgarorū, rege adhuc incolumi, acieq; nondū ...nata, Sed & Genuenſibus quſbuſdā tri... ...ır plurimū culpę, qui execrabili merce... ...onducti, Cētū milia Turcarū ex Aſia in ...opā per Boſphorū Thraciū tranſuexe... Quid ſi Venetorꝝ claſſi & Ro. Pont. ...ato nō nihil culpę aſcribatur, ꝙ hoſtem ...anſformatione non prohibuerūt? Sed & cæteris tū Germaniæ tum aliarꝝ prouinciarū & Nationū regibus ac Principib⁹ aliquid culpę fuiſſe creditur, qui omnes, preter ...ortiſſimū Burgundiæ Ducē Philippū, for-

tiſſimū

tiſſimũ pientiſſimũq; Regẽ Vladiſlaũ dere-
liquerunt abſq; omi auxilio .Et tamẽ ea vi-
ctoria parꝝ fuit lęta Turcarũ Tyrãno ,Mul-
to plures eñ perdidit milites eo in prelio q̃
perdiderunt Chriſtiani.Q; ſi Huniades cum
X.Mil.Hungarorũ in prælio perſtitiſſet, A
murathes rex Turcarũ eo die & regnũ ꝑdi-
diſſet & vitã,Dixit profecto,quũ parum lę-
tus de victoria interrogaretur a ſuis,Nolle ſe
ſic ſæpe vincere,Nec multo poſt totũ abie-
cit Imperiũ a ſe in filiũ,vt viueret ipſe priua-
tus. Ex ijs certe facile intelligis, q̃ iniuſte
calumniatus fueris Card.Iulianum,qui ta-
pie pro Chriſto oẽ periculorũ genus ip
q; mortẽ ſubiuit,Deinde, q̃ improbe
nifices eam Regis Turcarũ victoriã,
ne ipſe quidẽ multũ vel lætatus vel glor
fuit,imo territ⁹ eo prælio ,totũ regnũ ſ
dimiſit,vixitq; priuatus,Nam ex noſtris
vir Gallici generis per media Turcarũ
mina ad eum irruperat, ipſumq; conto p
mox gladio percuſſerat, vt ægre fuerit p
confertiſſimũ ſuorũ agmen ab eo ſaluatus

## CLARIORES VICTORIAS NO ſtroꝝ fuiſſe q̃ Turcaꝝ CAP .XVIII.

ORA. Quamuis igit̃ inter om̃es clades, q̃s a Turcis accepimus, Varnenſis maxime ſit memorabilis & ab hiſtoricis celebrata, Turcis tamẽ nec lęta nec incruenta fuit, nec virtute vel Ducis vel militū parta, ſed noſtroꝝ perfidia hoſtiūq; multitudinẽ vix ægre obtenta, non abſq; ſummo Regis Turcarū periculo. Contra vero innumere recẽſeri poſſent glorioſæ victoriæ noſtroꝝ cõtra Turcas Regū & Principū, vbi virtute paucorū, diuina adiuuante gratia, maximus plęrunq; xercitus hoſtiū fuſus aut fugatus eſt. Vbi ...i, quæſo, ſimile quid pro Turcis, quorū ...itatẽ tantopere predicas, q̄ cū paucis ...viciſſent multos de noſtis? Sicut vicit ...nus Hieroſolymoꝝ Rex e noſtris Got...lus, cū quinq; Mil. equitū & XV. Mil. ...tū, Centū Milia equitū & CCCC. Mil. ...tū. Et ſucceſſor eius Baldninus cū qua...or Mil. militū vicit hoſtiū quinquanginta ...ilia, Et rurſus cū VII. Mil. peditū ac mille ...ntum equitibus fudit caſtriſq; exuit XL. Milia hoſtiū. Ali⁹ itẽ Rex Hieruſalẽ Alma...icus, habẽs quingentos dūtaxat equites & peditū quīq; Milia obſedit Alexandriā Aegygti

gygti

gypti & in ea hoſtium quinquaginta Milia, eoſq; ad deditionẽ coegit. Huius vero filius Baldninus, ſeptimus Hieroſolymorum Rex, nõ habens apud ſe niſi. CCC. LXXV. equites vicit Saladinũ, habentẽ in exercitu ſuo. XXVI. Mil. equitũ, cæſis ad internecionẽ hoſtibus per. XII. Miliaria, Saladino ęgre cũ centũ equitibus euadente. Et rurſus non habens niſi ſeptingentos equites fugauit eundẽ Saladinũ, quẽ ſequebãt. XX. Milia ſuorum. Tantas autẽ victorias celitus cõſequuti ſunt pij reges & principes noſtri, per virtutẽ ſactæ Crucis, precibuſq; ſacerdotũ & de[...] one propria, Sciebant Conſtantino c[...] dictũ de ſigno Crucis, In hoc vinces [...] ſtantine, Sciebant, multũ valere depre[...] nẽ iuſti aſſiduã, Sciebãt Equũ parari a[...] belli, Dñm autẽ tribuere ſalutẽ, Cui no[...] difficile (vt dicebant filius Saul regis Io[...] thas) ſaluare vel in multis vel in paucis. Sc[...] bunt autẽ Hiſtorici, Baldninũ Primũ, ante[...] iniret preliũ, Iopæ religioſo exẽplo & pecca[...] ta ſua confeſſum ſacerdoti, & a Legato Apoſtolico bñdictionẽ accepiſſe: queadmodu[m] ante cũ fecerat Boemũdus Princeps Antiochiæ

 ochiæ

ochlę,vt ſupra cõmemoratũ ẽ,atq; ſecũ tu-
liſſe lignũ S.Crucis, quod priore anno diui-
nitus oſtenſum fuerat Gotfredo regi,Cuius
pietate miles populuſq; cõmotus dixit,Bre-
ue Rex conſiliũ noſtrũ eſt,Pro Chriſto Chri
ſtiq; legibus mori fortiter viuere ęternaliter
Vnde factũ eſt,vtglorioſiſſimã conſequut⁹
ſit victoriã,quã ſupra iam retuli. Quã certe
Deus ei non dediſſet,ſi iuxta impiũ Palino-
de cõſiliũ tuũ,crucẽ ac ſacerdotes dñi fugiſ-
ſet,ac velut dirũ omen fuiſſet auerſatus, Te-
ſtatus eſt autẽ venerabilis Abbas Gerardus
qui tunc crucẽ dñicam circa latus Regis p̃-
at, ſe nũq; vidiſſe tãtã vel niuis vł grã-
ut pluuiæ denſitatẽ,quanta tunc telo-
ſitas volitabat contra regem,ſed tanta
luificę crucis virtus,vt nullũ telorꝫ re-
ſerit,hoſtes vero ad intuitũ precioſi lig-
fugam verſi fuerint, Et tantũ de clade
menſi obiter tibi reſponderim.

## E INTERITV REGIS HVNGA-riæ Ludouici. CAP. XIX

ORA. De ĩteritu aũt inclyti regis Ludoui-
ci paucis reſpõdebo,Primũ occulta ſunt iu-
dicia Dei, Deinde vetat tibi Euangeliũ ne

iudices

ſudices, vetat & Paulus. Quo em̄ auſu iudi-
cas quod neſcis? Cur addis, forte fortunati⁹? Ru
Quæ tibi permittit vel lex vel hũanitas, vt
eā cladē acceptā feras eccleſiaſticis, aut reij-
cias in Epiſcopos, qui a Rege vocati, ſumma
cū pietate ac obedientia Regem ſuū ſequuti
contra crudeliſſimos & Chr̄i & patriæ ho-
ſtes, pro honore Chr̄i, pro ſalute patriæ, nō
ſolū pericula, ſed & mortē ipſam pertulerūt?
Nō em̄ nouo id more fecerūt, habebāt mlta
tantę pietatis exēpla, ſupra em̄ cōmemora-
uimus ex veteri Teſtamēto multos ex ſacer
dotibus & leuitis, in bellis cōtra infideles fu
iſſe, vbi & proſpere pugnatū eſt, & vict
de infidelibus a Deo data. Multos itē ir
uo Teſtamēto recēſuimus, ex Epis & ſ
dotibus, Monachis itē & Abbatib⁹, qu
tra infideles religioſe ſuos ſequuti ſunt
ges & principes, quibus glorioſas deus
ctorias dedit. Adde hic extremā quoq;
ceſſitatē, qua aut ꝑ fide rex ſimul cū patri
deſerendus hoſtibuſq; prodendus erat, au
fortiter cū rege ꝑ pr̄ia externis hoſtib⁹ reſi-
ſtēdū. Cur non reijcis culpā in eos potius, q
aut ꝑfide regē ſuū deſeruerūt, aut regi aux-
ilia pe-

ilia petenti non ſubuenerunt? Vide etiã atq̃ etiã, Palinode, ne in te, Lutherũq̃ tuũ ſũma illius cladis culpa recidat, nõ ſolum ex eo, ꝙ multis nefarijs ac ſæpe damnatis hæreſibus Deũ nobis iratũ reddidiſtis, fidemq̃ populi Chriſtiani turbaſtis, ꝑpter quod & iudicium portabitis, teſte Apoſtolo: verũ etiam ex illo maxime, ꝙ quãdo Pientiſſimus Rex ille ſacri Ro. Imperij Proceres Nurenbergæ in Comitijs per Oratores ſuos ſummis p̃cibus miſerandiſq̃ lamẽtis & queſtibus rogabat, vt contra Turcas ſibi auxiliũ ferrẽt, vos cõ- ra ſeditioſiſſime ſimul & ſceleratiſſime ſcrip- s tum, Turcã decies meliorẽ ac pruden- eſſe principibus noſtris, & rogaſtis po- vt contra Turcã neq̃ ꝑficiſceret neq̃ ibueret. Quid mirꝫ igit̃, ſi optimus Rex paucis occurrere coactus, a multitudine tiũ ſuperatus eſt?

Nobis tamẽ ob id neq̃ ſpes in Deũ adiu- orẽ, neq̃ animus contra Turcas cadere de- bet, Nã & antea poſt Varnenſem cladẽ mul- tas dedit Deus de Turcis victorias Hunga- rorũ Regi Mathię, & nũc plures dare poteſt per potẽtiſſimũ ſimul & Chriſtianiſſimũ re- gẽ

gē FERDINANDVM, qui rege Mathia nulla virtute inferior eſt, ſed ſuperat Dei benignitate in omībus, nobilitate, potentia, virtute, prudētia, ſagacitate atq; etiā fœlicitate, Qui hactenus tā fœliciter vbiq; pugnauit, & Hungariæ regnum miſerrime afflictū & vaſtatū tā potenter aſſeruit, non ſolū contra Turcas, verū etiā contra Hungaros ipſos, q Regis Ludouici deſertorē (ne quid grauius dicā) elegerant. PAL. Eſt quidem Rex iſte nunc potens princeps, Sed Deus auertat, ne ſolus contra Turcā bellū ineat, ſed ducē habeat Carolū Imperatorē, & ſubſidiū cū o[illegible] potētia. Siqs igit̄ nō credit mihi, eū ſin[illegible] perimento addiſcere. Probe em̄ noui, q[illegible] ta ſit potentia Turcæ. ORA. Si non ſcr[illegible] ſet tā ſeditioſe Lutherus tuus plæroſq; l[illegible] los famoſos contra Catholicos prīcipes [illegible] bus a deuotione ac debito iugo obiētię [illegible] rimos auertit, poſſet vtiq; Rex iſte vel ſo[illegible] bellū cōtra Turcā ſuſtinere, ꝓpulſare ac fœliciter conficere. Quis em̄ ex cunctis Regibus terrę (tm̄ fratrē eius Cæſarē CAROLVM excipiamus) fortiorib⁹ magiſue bellicoſis populis ac gentibus imperat?

## DE HVNGARORVM VICTO-rijs de Turcis CAP. XX

ORA. Etẽ Hungari, qbꝰ latiſſime imperat, ſupra. CC. iã annos iniquiſſimũ ac inquietiſſimũ vicinũ iſtũ, Turcã, ſuſtinuerunt vel ſoli, ne ꝓ inſatiabili dñandi cupiditate (de q̃ etiam gloriatur) poſſit contra reliquas occidentis Nationes irruere. Eumq; ita repulerunt aliquando, vt etiã a poſſeſſione aliquot terraꝝ ipſum eiecerint, atq; ad petẽdas pacis aut induciaꝝ cõditiones cõpulerint. Quot ñ victorijs ĩclaruit apud Hũgaros Iohãnes ...niades Vuaiouoda? Quot poſt eũ fili... us Mathias Rex? Certe patris nomen, ...ltis contra Turcas victorijs, ita for... bile ac terrificũ hoſtibus fuit, teſte Pio. ...apa, vt pueris plorantibus matres ſilen... non aliter imperarent, q̃ Iohannis pre... ã minitãtes, Semel quidem ſub Vladiſ... Rege infœliciter pugnauit, ſed & ante et ...oſt eam cladẽ Turcas ſæpe magna virtute ...icit, fugauit, expulit, ad pacis conditiones ...oegit, Seruiæ quoq; dominium eis ademit. De filio autẽ in hæc verba ſcribit Sabellicus Tã vere q̃ breuiter dici poteſt, Nullũ Chri-

ſtiani

ſtiani nominis, neq; Regem neq; Ducẽ, crebrius aut fœlicius cũ Turcis dimicaſſe. Boſnam, quæ olim Myſia fuit, ab impiorũ armis magna ex parte occupatã, ſuis armis recepit, receptãq; adiecit ſuo regno, Huius fœlicitatem Veneti virtutẽq; mirati, annuũ ſtipendium illi decreuere, vt Turcorũ arma ab Italię ingreſſu arceret, Mathias Veneto ſtipendio fultus, quum validiſſimũ aleret exercitũ, intrepide res Turcarum inquietare, Nullũ fuit genus cladis, quod eius ductu & auſpicijs Pannones non ipſi genti intulerunt, Belgradũ expugnauit, captum diruit. XV milibus hoĩm occidiõe occiſis. Hęc ille.

Quod ſi Hungaris nullo externo a[...]lio adiutis toties de Turcis victoriã ac [...]umphũ reportare licuit. Cur non ſpere[...] ſub iſto & nobiliſſimo & fœliciſſimo Re[...] Hungaros ac cæteris fortiſſimis nationib[...] eidem Regi obtẽperantibus & iuratis, a[...]iutos, auſpice Deo, adhuc plures & clariore[...] de perfida gente, quæ & Dei p̃cepta & naturę leges iuxta cõtẽnit, victorias, trophęa, triumphos? Mathię ſoli parebant Hungari, Huic autẽ Regi parent etiã Bohemi, Natio

fort

fortiſſima, Moraui, Sileſij, Luſatij, gẽtes va-
lidiſſimę ſub Corona Bohemię, Et vltra vtri
uſq; Regni populos bellicoſiſſimos, multæ
adhuc alię gentes, & quidẽ pugnaciſſime &
in rebus bellicis laudatiſſimę plurimarũ ſub
potentiſſimo Auſtriæ Archiducatu prouin-
ciarũ (quæ vel ſolæ coadunatis virib⁹, Tur-
carũ exercitũ q̃libet numeroſum & inſtru-
ctũ, ad internetionẽ vſq; debellare poſſent)
eidẽ obediũt. Adde his robuſtiſſimos Duca
tus Vuirtenbergenſis populos, qui antea ꝓ-
priũ habentes ducẽ, contra totũ pene Impe-
[illegible]ũ ĩ armis aliquãdo ſteterunt, Adde Tyro-
[illegible]ſes, q̃bus non eſt alia gens in armis p̃ſtan-
[illegible] Adde & alias gentes, huic Regi nunc,
[illegible]m Auo, Proauo alijſq; maioribus eius
[illegible]tos, ac antiquo iure debitaq; deuotione
[illegible]tas: Quas ante eũ null⁹ Hũgaroꝝ Rex
[illegible]ectas habuit.

## [illegible]ICTORIAM NON IN NVME-
## ro ſed in virtute militũ conſiſtere
## CAPVT XXI.

[illegible]ORA. Quid putas igiť Palinode, ſi tot tãte-
[illegible]ꝗ gentes & populi fideliter vno animo cõ-
tra Turcas Regi ſuo aſſiſtant, an nõ poſſint
luga-

fugatiũ Turcarũ vel decies Centena Milia vincere ac debellare? Ad victoriã em̃, virtute & audatia op⁹ eſt, magis q̃ numero. Rudis em̃ & indocta multitudo, ad fugã & cædem ſemp̱ expoſita eſt. Nõ profuerũt Xerxi contra Themiſtoclem Mille naues, non vndecies centena Milia hoĩm, Et ab Alexandro magno vict⁹ eſt gemino prælio Darius, educens primo ſexcẽta Milia, altero aũt prẹlio decies Centena Milia hoĩm, Ferũt aũt nõnulli, ipſum Alexandrũ nunq̃ maiores . XL. Miliũ copias duxiſſe, inhabile regenti ratus quicquid eũ numerũ excederet. Q[...] autẽ Lutherus cõpliceſq; eius Suermeri[...] pulo vulgari p̃dicent, contra Turcas C[...] ſtianis non licere pugnare, Turcis pulc[...] mũ eẽ regimẽ, Turcã decies meliorẽ pr[...] tiorẽq; Principibus eſſe noſtris: Turcã [...] norare, noſtros vero perſequi Euangeliũ, id genus alia, Non iniuria imputabit̃ ſceler[...] tis eorꝝ ſermonibus, ſi minus fideliter adi[...] uerint Regẽ ſuum cõtra Turcas ſupradictę gẽtes, alioqui fortiſſimę. PAL. Nec mihi ſane placent huiuſmodi eorꝝ dicta, Vellẽ autẽ id quod & amice & fideliter cõſulo, vt ſi cõ-

Plutarchus in vita Themiſtoclis

Iden vita Alex. ...

tra Turcam pugnandũ ſit, vt ita apparem⁹
& diſponamus ſingula, ne Turcã paruifaci-
amus, neue ita nos geramus, vti moris eſt
nobis Germanis, vt aduenia⁹ cũ. XX. aut
XXX. Milibus armatorꝝ. Et ſiqua nobis p̃-
deſtinata eſſet fortuna, vt vinceremus, non
haberemus ſupplementa, ſed conſedem⁹ ad
potãdũ, donec rurſus ingruat neceſſitas. O-
RA. Non mala quidẽ eſt hæc tua Palinode
admonitio, ſi nõ ſiniſtra ſubſit intentio, Non
contẽpſerim tñ. XX. aut XXX. Mil. Ger-
manorũ militũ, qui bellis exercitati ſuerint, q
ſant, iaculũ recte emittere, tormentũ excu-
, haſtã valide vibrare, gladio cęſim & pũ
ferire, Vtinã Ro. Imperij Proceres nũc
dicto Regi tantũ copiarꝝ contra Tur-
ſubſidiũ mitterent, idq; facerent in tẽ-
e anteq; hoſti cõgrediundũ ſit. PAL. Ni-
eſt profecto, ſi Turcæ cũ. L. aut LX. Mi-
us virorꝝ occurramus, ſi non tantundem
it plus retineatur in ſubſidio. ORA. Tu
L. aut. LX. Milia Germanorꝝ militũ contẽ-
nis, atq; etiã nihil eſſe dicis? At peritiſſimus
militię, Dux ALBERTVS Inclitæ memo
riæ Saxonię Dux &c. Pater horꝝ, qui hodie
guber-

gubernant, Catholicorꝫ principũ &, Saxo-
nię ducũ &c̃. Georgij & Henrici, dicere ſo-
litus fuit, Si haberet. XX. Milia peditum &.
IIII. Mil. Equitũ, vellet inire pręliũ contra to-
tũ mundũ, hoc eſt, contra quoſlibet hoſtes,
qa maior nũerus in p̃lio vl' regi a duce, vl' v-
ſui eſſe in pugnãdo nõ poſſit, Simile quid ſu-
pra de Alexandro Magno relatũ eſt, Et Iuli-
us Cæſar contra Eluetios pręliaturus nõ ha-
bebat niſi. X. legiones, quũ hoſtiũ nũerus eſ-
ſet. CCC. & LXVIII Milia. E quibus facta
deditione ſolum C. & X. Mil. domũ re-die-
runt, Idẽ quũ obiurgaret Hiſpalẽſes, qui C
Põpeiũ eius hoſtẽ receperant ac ſequuti
erant, ait. In quo vos victores extimal
An me deleto nõ aĩaduertebatis. X. l
re lectas quidẽ legiones populũ Ro. qu
ſolũ vobis obſiſtere, ſed etiã cœlum dir
poſſent, At. X legiones. LX. Milia non
cedunt, Vtinã vero habuiſſent duo illi R
ges, Vladiſlaus & Ludouicus, quos in be
Turcico perijſſe inuidioſius cõtra Eccleſi
ſticos cõmemoras, nõ dico. L. aut. LX. Mil
ſed. XX. ſaltem aut. XXX. Milia Germa-
norũ, quãdo pugnaturi erant cũ Turcis, Sẽ-

Cæſ cõm de b Gall lib.

 ſiſſent

ſiſſent vtiq; Turcę,nō in nūero & magnitu-
dine exercitus ſed in dextris potius & ꝟtu-
te militū victoriā conſiſtere.PAL.Ego cer-
te excuſatus eſſe volo ,linguāq; ac calamum
meū ſanguine grauare nolo , ſi Rex aut pri-
ceps quiſpiam ſolus Turcę ſeſe oppoſuerit.
Quia Deū tentare dicitur,quādo aliqs mo-
dicis viribus contra potentiorē Regē bellū
.xiiij parat,Sicut & Chriſtus in Euangelio Lucæ
indicat,ꝑſertim,quū Reges noſtri nō ſint ta-
les,apud quos diuina ſperanda ſint miracu-
la.ORA.Laudo ſane hanc tuā ſollicitudinē
alinode,ſi modo ex ſincero corde ꝓcedat.
d priora dicta tua faciunt,vt ſubuerear,ne
occulta vel ꝓditione vel hypocriſi hęc
s & in odiū Principū noſtroꝝ & inter-
populi Chr̄iani,vt ꝑdicādo vires Tur-
noſtris adimas & animū & volūtatē in-
di contra Turcas bellū. Vellē quidē &
o,vt oēs principes Chr̄iani,quātis poſſent
viribus,Pientiſſimū Regē FERDINAN-
DVM. contra Turcas regna prouinciaſq;
ſuas defendentem adiuuarent,Quid autē,ſi
nō faciant? Nunqd florentiſſimus Rex ob
id mox deſperet,ac ſe ſuoſq; crudeli ac impio
Tyranno

Tyranno in ſeruitutem atq; in Mahumeti religionẽ dedat? Certe non faciet, Neq; tñ Deũ tentare videbit̃, ſi quantis poteſt virib9 hoſti imo potius latroni & predoni, qui contra ius & fas alienas prouĩcias inuadit, occurrat, Cui & ſatis potẽtię eſt ad reſiſtendũ, atq; etiã ad repellẽdũ hoſtẽ, ſi modo ſcelere Lutheranoꝝ non deterreant̃ eius ſubditi a pręſtando fideliter ꝓ viribus cõtra Turcas auxilio. Si em̃ ante bienniũ, priuſq; ſtabilitũ eſſet ei Hungarię Regnũ, potuit haud ita magnis & nũeroſis copijs, & adulterinũ Regem expellere, & Turcã recenti victoria ferocitẽ a finibus arcere, cur non ſperemus, eũ die multo magis poſſe? cui & ſolidior ę maior experientia prudentiaq; & aut ad priorẽ virtutẽ ac fœlicitatẽ acceſſeri interim de augmento gratiæ diuinę ob i tiæ fideiq; & pietatis merita ſileamus.

DE PIETATE AC INNOCEN tia Regis Ferdinandi CAP. xxij.

ORA. Qua autẽ frõte dicas, Regẽ hũc, qui nobiliorẽ, tot Regũ Cęſarũq; ac nobiliſſimorũ principũ ſanguine ꝓgenitum, Sol (Chriſtu vbiq; exceptũ volo) nũq; vidit, ſic educatũ,

ſic om̃i virtute imbutũ, ſic pro fide Catholi-
ca, pro gloria Chriſti, ꝓ Eccleſię vnitate ſtre-
nuũ ac ſolicitũ, minus eſſe Deo charũ atq;
cõmendabilẽ, ꝙ fuit olim Saul Rex, cui tria
tantum Milia inermis & inexercitati populi
habenti, dedit Deus victoriam de hoſtibus,
quib⁹ in acie erãt. XXX. Milia Curruũ. VI
Mil. equitũ, Nũerus preterea peditũ ſicut are
na in littore maris plurima. Et ꝓfecto niſi ti-
merẽ vel opprobriũ adulationis vel inuidiã
ſiniſtre iudicantiũ dicerem hunc regẽ ꝓ ſua
v̄tu..e ac vitę ſanctimonia, non minus dig-
..m eſſe diuinis in bello Turcico miraculis,
..erũt veteres, Iudeoꝝ Iudices & Reges
..m peior, imo melior debet eſſe condi-
..incipis Chriſtiani ꝙ fuerit Iudęi, Niſi
..mpie dicere velit, Chriſtũ (cuius nos ꝑ
..iſmũ mẽbra & oſſa efficimur, teſte A-
..olo) nihil nobis prodeſſe, ſed magis ad
..inæ gratię miracula obeſſe, quod maxĩe
..rnegat ipſe Chriſtus, Quũ igitur idem ſit
..eus noſter, qui & veterũ Deus fuit, ac per
..hriſtũ mediatorẽ nobis maxĩe ꝓpitius &
..ropinqu⁹ ſit redditus, non video equidem
causam, cur huic Regi Chriſtiano minus aſ-
ſiſtere

ſiſtere velit Deus ſua grã atq̃ etiã miraculo, ſi cõmodũ aut neceſſariũ ei viſum fuerit, q̃ aſtitit ducib⁹ Iudeorꝝ. Que eñ virtus emicuit in illis, qua preditus non videatur Rex ille? Quis aũt illorꝝ miraculoſi⁹ vicit q̃ Gedeon, q̃ Iepte, q̃ Samſon? Aſperſit autẽ neuũ victorijs ſuis, Gedeon multitudine vxorũ & cõcubinatu, Iepte parricidio filię vnicę Samſon infami amore meretricis Dalilæ, Hęc longiſſime abſunt a pijſſimo Rege noſtro, qui vnius vxoris & quidẽ nobiliſſimæ Reginę matrimoniũ integerrima fide ſanctę obſeruat, filios filiaſq̃ fœliciter Regnis pr uincijſq̃ ſuis deſyderatos hæredes procr nec vnq̃ de meretricio amore notatu ſuſpectus quidẽ fuit, Si ergo illis affuit infideles dextera excelſi per miraculoſ ctorias, bene nobis ſperandũ eſt vtiq̃, quoq̃ Regi tam ſancte viuenti non de in neceſſitatibus brachiũ dñi, qđ hoſtes vſq̃ adeo impios & iniquos, cõterat, diſpe dat, atq̃ vt lutũ platearꝝ deleat. Huiuſmo eñ Regibus, Dei p̃cepta cuſtodientibus ꝓmittit diuinũ oraculũ, Dabit Dñs inimico tuos, qui cõſurgent aduerſum te, corruentes

In vij

E iiij in con-

in cõſpectu tuo. Per vnã viã venient contra te, & per ſeptẽ fugient a facie tua. Et Pſalmiſta. Si exurgat aduerſum me prẹliũ, in hoc ego ſperabo. Itẽ. Nõ timebo milia populi circũdantis me, exurge dñe, ſaluũ me fac deus meus. Quoniã tu percuſſiſti omes aduerſantes mihi ſine cauſa. Dentes peccatorꝝ cõtriuiſti. &c. Sed & tu ipſe, Palinode, ſcripſiſti, Ita ſemper fieri ac factũ eſſe, vt illi ꝓfligent, qui bellũ abſq; neceſſitate incipiũt. Quis vero Turcã bella nobis inferre cogit? Rex aũt noſter cogitur, tũ autoritate ſcripturæ diui... tũ officij ſui ratiõe, a ſubditis ſuis iniurias ...mitateſq; & cẹdes, quas Turca nullo iu... c vlla laceſſitus iniuria, ex mera crude... ac nefaria dñandi libidine, inferre mo...

## E INCONSTANTIA LVTH. circa bellum contra Turcas. CAPVT XXIII.

AL. Perſcrutemur experientiã, ꝙ ꝓſpere ...ſſerit nobis hactenus bellũ cũ Turca, qñ ...eilauimus velut Chriſtiani, & ſub nomine ...hriſti, ꝙ Rhodũ tandẽ & totam pene Hũgariã, multãq; partẽ Germaniæ quoq; perdidimus

didimus, Atq́ʒ vt ſubodorari ac palpari poſſit, Deũ non eſſe nobiſcũ ad pugnandũ cõtra Turcas, ipſe Principibus noſtris nunq́ʒ dedit tantũ vel animi vel ſpiritus in cor, vt ſemel potuiſſent ſerio de Turcico bello tractare. Quãuis q̃plurimi aut pene omnes Imperij conuentus ob eiuſmodi cauſas fuerint & ꝓmulgati & celebrati. Res ea nuſq́ʒ vult vel difiniri vel apte diſponi, vt appareat, Deum ridere noſtros conuẽtus Imperiales, Diaboloq́ʒ ꝑmittere, vt illos impediat regatq́ʒ, donec Turca bona oportunitate ad nos vſq́ʒ ſe dilatet, atq́ʒ ita Germaniam, abſq́ʒ labore reſiſtentia diſperdat. Quare fit hoc? ideo mirũ, vt articulus Lutheri, quem Leo I damnauit, indemnatus ac efficax perm at. Cũq́ʒ illũ Papiſtę ſine ſcripturis ex pr citate reijciunt, oportet Turcã aſſerere il eũq́ʒ pugno ac factis confirmare, Si nol ex ſcripturis diſcere, oportet Turcã nos e gina docere, donec experiamur cũ detrim to, ꝗ Chriſtiani non debent pugnare, n malo reſiſtere, fatui fuſtibus demulcẽdi ſũt.

ORA. Siccine recantas Palinode, bellũq́ʒ in Turcas nobis ꝑſuades? PAL. ita ſoleo. O-

RA. At longe aliter, ac melius recantaſti ac ſuaſiſti nuper in Viſitatiōe Saxonica, Quādo dicebas, Eā quidē vindictā Chriſtianis ꝓhibitā eſſe, quæ non per magiſtratū intenditur, aut quę priuatim propria p̄ſumitur autoritate abſq; mandato Magiſtratus: Eā vero quę per Magiſtratū fit, in ſcripturis p̄cipi magiſtratui, eāq; vocari obſequiū Deo: imo optimā eſſe Eleemoſynā, homicidiū gladio ꝓhibere, Sicut Geneſis nono habet. Quicūq; effuderit ſanguinē humanū, fundet̃ ſanguis illius. Quū igit̃ Poteſtas debeat opera bona [h]onorare, mala punire. Roma. 13. & 1. Pe. 2. [d]ebet & ijs prohibere, qui tollere nituntur [cultū] Dei, Bona prouinciarū inſtituta, Iura [iu]dicia, Tenet̃ igitur & Turcas coercere, [qui] non ſolū prouincias deuaſtare, vxoreſq; [li]beros ſtuprare atq; occidere cupiūt, Ve[rum e]tiā iura prouinciarū, cultū Dei oēmq; in[ſtit]utionē bonā tollere, vt & reſidui nō poſ[ſin]t tuto viuere, neq; liberos ad diſciplinam [&] virtutem educare. Poteſtas igit̃ precipue [inuig]ellare debet, vt ius atq; honeſtas in prouincijs conſeruent̃, ne poſteri vitā viuant inhoneſtā, Tolerabilius eñ foret viro bono, videre

dere liberos ſuos mortuos q̃ Turcicis mo= ribus imbutos. Agnoſcis hęc tua verba Pa= linode? Cur nũc recantas aliter? LVT. Vis ſcire, Orati? ORA. Volo LVT. Dicã tibi, In Viſitatione timebat Palinodus iſte Prin= cipẽ noſtrũ, quẽ nũc Spiræ in Comitijs cõ= ſiſtentẽ procul, minus timet, magiſq; in Pri= cipes nũc q̃ tunc, ſtomachatur, q plures vi= det ſentire cũ papiſtis q̃ nobiſcũ. ORA. Rẽ acu tetigiſti, Recte igit̃ pronunciat hanc in eũ ſententiã diuus Iacobus, Vir duplex aĩo inconſtans eſt in oĩbus vijs ſuis. Iaco

Ne autẽ obiectio eius ſimpliciores a ſterreat, animũq; contra Turcas erectũ d ciat, aut in totũ adimat, paucis obiter re debo, Primũ ſane, quod nobis experien obijcit, ſupra diluimus. Nam ſi bene nu res, plures habuimus victorias de Tur Deo ꝓpicio q̃ clades, De Greculis & A nis populis (qui ſcientia inflati vane tum centes, & noſtris exercitibus plęrũq; perf & Ro. Eccleſiæ fere ſemper rebelles, iu Dei iudicio Turcis traditi ſunt, vt ſciant diſ= tantiã ſeruitutis Chriſtianę & ſeruitutis reg= ni Turcarũ) de ijs inquã hic non loquor, ſed

de

de populis Occidentalibus Ro. Eccleſiã re- ligioſe ac debita cũ obedientia agnoſcentib⁹ ac venerantibus. Hungari ter aut quater a Turcis victi ſunt intra annos plus min⁹ du- centos, at quoties illoꝝ victores fuere? Vi- ctus eſt ſemel Hũniades Vuaiouoda, At q̃- ties vicit? Et filius eius Mathias Rex nonne ſemper & vbiq; victor illos contriuit? Neq; verũ eſt quod ait, totã pene Hungariã nos perdidiſſe, quũ ſatis conſtet, hunc quoq; Re- gẽ, poſt recentẽ Turcaꝝ de Hũgaris victo- riã, ita regnũ illud recuperaſſe, vt latiores ſint ›s eius hodie q̃ aut fuerint olim ante Lu- tici Regis interitũ, aut vllius ſint, q̃libet ntis per Germaniã aut Italiã Principis. Qua vero impudentia dicis, Palinode, tã nos Germaniæ partẽ per Turcas per ſſe? Quã, rogo, villulã nobis abſtulerũt? Auſtria, Styria Carniola, Carĩthia, & vni ſus Gurcæ ac Tyroli tractus adhuc ſub ge illo noſtro ſunt pleno iure, q̃uis Tur- ſupra centũ iam annos crebras fecerint in nas prouincias incurſiones, eo q̧ propinquę atq; etiã cõfines & contiguæ ſunt quibuſdã terris eoꝝ, Qua rogo fronte dicas cæteras

Germa-

Germaniæ partes & prouincias ,ad quas ne repentinis quidẽ & fugacib⁹ illis ſuis incur=ſionibus accedere audent Turcę,nos perdi=diſſe? Quid habet Turca in proximis poſt prędictas Germanię bene latis prouincijs & regiōibus?Hinc in Bauaria,Sueuia,Rhetia, Eluetia,Franconia,Haſſia,Turingia, Illic in Morauia,Sileſia,Luſatia, Miſna & vniuerſo Bohemię Regno?Quid ergo haberet in am=pliſſimis ad ſeptẽtrionẽ prouincijs noſtris,q̃=rũ ne noĩa quidẽ nouit, Vnaquęq; vero poſ=ſet,ſi ſerio vires ſuas adiuuaret,nõ modo fu=gaces incurſores,verũetiã iuſtũ & nũeroſu[illegible] eius exercitũ fugare,fundere,delere. Q[illegible] ẽm potentes tũ principes comiteſq; & [illegible]rones,tũ Ciuitates,Ep̃os & Abbates [illegible] vel ſola Saxonia?Quot Marchia Brãd[illegible]gẽſis?Quot Pruſſia?vt de cæteris taceã. nondũ attigi longiſſimũ Rheni tractum populoſis vrbibus amenũ, & quatuor [illegible]ctorib⁹ ( vt reliquos taceã ) prĩcipibus ĩ[illegible]tũ,Reſtant etiã totius Germaniæ inferi[illegible] latiſſimæ ac opulentiſſimę vrbes & prouin=ciæ,quas ne legat⁹ quidẽ vllus Turcarũ vn=q̃(credo)vidit, Q[illegible] igitur aut uerecun de

dicis

dicis,nos multã Germanię quoq; partẽ bellis Turcicis perdidiſſe.

DE DAMNIS ET ANGVTSIIS Turcæ circa Rhodon CAPVT. XXIIII.

ORA. De Rhodo autẽ nõ ſine graui dolore te verũ dicere, ꝙ eã perdidim⁹, fateor, q̃ vel modico potuiſſet noſtrorũ ſubſidio ſaluari, Hęc em̃ ſunt verba Hiſtorici. Vtinã ſex Triremes vel vacuas, Equeſtri ordini cõcedere potuiſſet & voluiſſet Adrianus ſumm⁹ pontifex, Nã arma, viros, cõmeatũ & cæte bello ueceſſaria inueniſſet hic, Et iã forte trix Rhod⁹ de hoſte ſuo triũpharet, im noſtiũ ſũmũ pricipẽ (credo) ĩ vinculis cõ et, Nõ eſt igit̃, qđ nos ob deditã Rho terreas, quę tam modico auxilio potu ſeruari, Cui⁹ deditio tãto Turcarũ ſang e conſtat, q̃uis eſſet vndiq; Turcarũ pro cijs inſuliſq; circũſepta. Certe, ſi Bartolu Florentini cõſiliũ a Rhodianis probatum ſſet, potuiſſet mox a primo adpulſu tota urcarum claſſis exuri, Et niſi a ducib⁹ ſuis in ſumma conſtitutis anguſtia, literis euocatus fuiſſet ipſę Solymanus, magno cũ tumultu

multu & ſeditione turpiſſimaq́ꝫ fuga milites Turcici Rhodo abijſſent, quia ingens multitudo quotidie fame, miſeria, tormẽtiſq́ꝫ ab vrbe emiſſis peribat. Aduenięns ergo Tyrannus, offendit oĩa, quęcũq́ꝫ dici aut fingi queunt, ignauiæ ac pauoris exempla in ſuo exercitu, ita vt plus ex malis moribus ſollicitudinis q̃ꝫ ex copia ducentorꝫ Milium militum auxilij aut bonæ ſpei acciperet. Quos vbi acri oratione ad officium reduxiſſet, nõ tamen ꝓtotinus victores effecit, ſed plurimis ꝓlijs infœliciter cõmiſſis cõfecit, necq́ꝫ tradidit, ad eum redactus aliquando furorem, & dolorẽ, vt ſummos ſuos Duces, Muſtapl & Pyrrhum, re male geſta, voluerit occ re, q́ vanis promiſſionibꝰ ipſum induxi vt Rhodum obſideret, vna eñ oppugn one ita multos perdiderat, vt inter acer tos corporum cumulos reperti fuerĩt Sa pæ. XII. Sed libet hic ipſius Hiſtorici ve referre. Tyranno (inquit) poſtq́ꝫ tot lo omnibus copijs, tanto tempore vrbem ſumma vi fruſtra oppugnaſſet, nulla amplius libido inuadendi aliena regna erat, ingent illi ſpiritus conciderant, nihil preter receſſum

& fugam meditari, linqui. Ad hæc ſæpe
animo, atq; collabi, diu ſine voce millimus
mortuo iacere, memoria ſi tot preliorum in
fœliciter commiſſorum, ſtrage tantoꝝ du-
cum, tot fortium militum, æger, torpens ac
ſilens, diu om̃i hũano acceſſu atq; collqquio
etiã complexibus, & venere Abrami abſti-
nere, quẽ pdite deperit, quãuis agreſtẽ opili-
onẽ, & patre pecorario Raguſino natũ. Hęc
ille. Ad perſeuerandũ tamẽ in iiſce malis per
mouit eũ pudor, Sic em̃ dixiſſe ad milites du
em ceſq; ſuos fertur. Ora, oculi oĩm gentiũ, om-
niũ Chriſtianoꝝ, in iſtud bellũ, in vos cõuer
ſi ſunt, Quos ſi hiemẽ vnam in caſtris du-
non poſſe intellexerĩt, merito æſtiuas a-
ppellabunt, q ſtati nubilo cœlo, tecta
ceſſum circũſpicitis, Grecos ob vnã pel
Troiam decẽ annos oppugnaſſe dicent,
Turcas, cædibus, rapinis, excurſionibus
ra & mari factis, ſeruitute p̃terea. CC. &
III. annoꝝ vexatos oppreſſoſq;, vnã hi-
bernã obſidionẽ perferre non poſſe, terrorẽ
oĩs veſtri hactenus vanũ fuiſſe, qui impetu
ti9 bella geritis q̃ perſeuerãtia. Poſt mul-
tas itaq; clades cædeſq; ſuoꝝ, peruicit tandẽ
vt vrbe

vt vrbe potiretur, tādiu obſeſſa totieſq; op=
pugnata, Quanq; vero diffractis ſubrutiſq;
muris latitudo areę intra vrbē ab hoſtib⁹ oc
cupate, paſſuū erat fere ducentoꝝ, longitu=
do centū & quinquaginta, nō tamē ad eam
gloriā ꝑuenire potuit cupidiſſimū illud glo=
riæ mancipiū, vt vi vrbem ceperit, quā militi
toties in predā ꝓmiſerat, ſed coactus eſt im=
maniſſimus Tyrannus iſte, tot vulneribus
funeribuſq; ſuoꝝ, vrbē dirutā ac ſemicaptā
ſub certis legibus & iuramētis deditione q̄=
ſi precario accipere, Quūq; ſingulas pacis ac
deditionis leges, teſtibus Deo & Mahume=
te, fœderꝝ inſpectorib⁹, conceptis ꝟbis ſpe
nunciaſſet ac iuraſſet, eas tamē perfidus Ty
rannus, deoꝝ ac hoīm iuxta contēptor, n
vt in vrbē admiſſus eſt violauit. Cōuen
autē inter cetera capita, Diuoꝝ tēpla inu
lata manere, Pueros non auellendos e pa
tū familia, Neminē cogi debere vt Mah
meti nomē daret, manſuris quinquennale
tributoꝝ īmunitatē cōcedi, abituris dari na
ues & cōmeatū vſq; in Cretā, Tormentorū
bellicoꝝ quātū liberet tolli poſſe, Diē deſe=
rendę vrbis arbitrij Chriſtianoꝝ eē, Hęc ex

Hiſtorico qui rebus geſtis interfuit.

Ex quibus certe vnuſquiſq; facile intelligit, Turcã par; iuſte gloriari poſſe de Rhodo capta, Te quoq; Palinode par; pie facere dũ tantũ tribuis Turcæ, perſuadens interim noſtris, q̃ Chriſtianis cõtra Turcas pugnare non liceat, Quũ non ignores, multos Chriſtianorũ prĩcipũ ex Anglia, Gallia, Germania cæteriſq; occidentis Regnis & prouincijs, iam ſupra. CCCC. annos contra Turcas, non minus fœliciter q̃ pie bella & quidẽ victorioſiſſima geſſiſſe, niſi forte impudẽter neges, eos Chriſtianos fuiſſe, qui ſub cru Chrĩ vexillo pro gloria Chriſti militan ac cruce ſignati, pijſſima voluntate nõ ali quæſierunt, q̃ aut opẽ ferre afflictis & preſſis in oriente Chriſtianis, aut fidẽ cul Chrĩ ijs locis & prouincijs reſtituere q s Mahumetani ſuã perfidiam vi & armis truſerant. Quid igitur debemus huic diræ c impiæ voci tuæ, Deũ non eſſe nobiſcũ ad pugnandũ contra Turcas, immo ridere ipm Comitia noſtra, eaq; Diabolo regenda permittere? At ipſe doces alibi Concionatores, vt adhortentur populũ, ad orandũ Deũ, vt

nos

nos ab eiuſmodi īmanibus hoībus tuea
doceantq́; plebē, verū eſſe obſequiū & cul-
tū dei, contra tales pugnare, ex mandato ſu-
periorū. PAL. Cape me recte, Orator, ſic di-
co ac ſępe prius dictū repeto. Chriſtian⁹ ho-
mo contra Turcā corporaliter pugnare nō
debet, vti Papa cū ſuis docet, nec manu vio-
lenta illi reſiſtere, ſed debet agnoſcere Turcā
vt virgā ac irā dei, quę vtiq́; Chriſtianis aut
ferēda eſt, ſi deus eorꝫ peccata viſitat, aut ſo-
lū modo pœnitentiā lachrymis & orationi-
bus contra eū pugnandū eſt. Alius autē ho-
mo, qui contra Turcā pugnare debet, Cęſa
eſt. Turca em̄ ſubditos Imperiūq́; eius in
dit, Ipſe vero tenet̄, tanq́; legitima poteſt
Deo inſtituta, defendere ſuos. ORA
dicis, Palinodę, quę ego ſane neq́; cape
concedere poſſum, Quomō em̄ Cæſari,
Chriſtianus & habetur & eſt, permittis,
nulli Chriſtianorꝫ permittis? Accipe ſalte
hunc Syllogiſmū, contradictiōis tuæ quale
cūq́; rudimentū, Nulli Chriſtianorū contra
Turcā corporaliter pugnare licet, Atqui C
ſar Chriſtianus eſt, Igitur Cęſari cōtra Tur-
cā corporaliter pugnare non licet.

In de co T

## ORANDVM ESSE IN TRIBVLA-tionibus, & bello contra Turcas. CAP. XXV

ORA. Deinde ſi propterea Chriſtiano ar-
mis pugnare contra Turcā nō licet, quia eſt
virga & ira Dei, quę nobis ob delicta noſtra
ferenda ſit. Cur permittis contra eā virgam
orare flere pœnitere, vt deus virgā illā a no-
bis auertat? ſi em̄ oras vt auertat, nō ferre ſed
amouere paras, Quomō igit̄ licet tibi amo-
ꝶ. in mo. atti uere orōe & fletu, non autē manu & armis?
Cur nō fers potius? LVT. Sic ego ſane do-
ui ſupra, quod neuter veſtrū approbare vo
it, non pro pace & tranquillitate orari de-
e, ſed magis pro tribulationib⁹, quia quā-
ures illę fuerint, tanto melius res noſtra
. ORA. At melius docuit nos orare
iſtus, vt non intremus in tentationē, Et
ulus, ꝓ oībus hoībus, ꝓ regibus & pote-
atibus, vt quietā & tranquillā vitā agam⁹.
Certe ſi contra tribulationes orandū non eſ-
ſet, magna ſcripturę ſacrę pars vana, falſa, &
impia eſſet, quę ſic orare docet, Male igitur
oraſſet Abrahā ꝓ Achimelech rege a Deo
tribulato, Male Moyſes ꝓ Pharaōe, a Deo
plagis

plagis.X.percuſſo, Male pro populo ſerpẽ-
tib⁹ ignitis aliiſq; malis afflicto. Quoties au-
tẽ ſub iudicib⁹ in tribulatiõe clamauerũt filij
Iſrael ad dñm, et liberauit eos? Quid aliud q̃-
ſo docet Dauid verſu illo intercalari, Et cla-
mauerunt ad dñm cũ tribularent̃, & de ne-
ceſſitatibus eorꝫ liberauit eos? Et filius eius
Salomon, fames (inquit) ſi oborta fuerit, aut
peſtilentia, aut corruptus aer, aut erugo, aut
locuſta, vel rubigo, & afflixerit eũ inimicus
eius portas obſidens, oĩs plaga, vniuerſa infir
mitas, cuncta deuotatio & imprecatio, quæ
acciderit om̃i hoĩ de populo tuo Iſrael, ſiqu-
cognouerit plagã cordis ſui, & expãderit m-
nus ſuas in domo hac, tu exaudies ĩ cœ-
loco habitationis tuæ & repropiciaberi-
Deus ipſe. Si clauſero (ait) cœlũ, & plu-
fluxerit, & mandauero & p̄cepero loc-
vt deuoret terrã, & miſero peſtilẽtiã in
pulũ meũ, conuerſus autẽ populus meus
precatus me fuerit, & exquiſierit faciẽ m-
& egerit pœnitentiã a vijs ſuis peſſimis,
ego exaudiã de cœlo, & propitius ero pecc-
tis eorꝫ, & ſanabo terrã eorũ. Nõne vero &
cuncti prophetę oẽſq; Apoſtoli ſic nos ora-

 re

re in anguſtijs,& in tribulationibus ad Deũ confugere docuerunt? LVT. Ergo contra virgã iniqtatis bellare deoq; repugnare vis, qui per eam virgã ſeſe viſitare dicit iniquitates noſtras,eo ꝙ nos non viſitamus eas. ORA.Non repugno Deo,ſi facio quod ille iubet per os Dauid.Inuoca me in die tribulationis,& eruã te & honorificabis me. PAL. In hoc quidẽ aſſentior tibi,Orator, Vult eñ Deus vt oremus,imo indigne fert atq; iraſcitur,ſi orare non volum⁹, Vult ſane,vt irę ſuę nos opponamus eiq; reluctemur,Debẽt igitur Chriſtiani orare,Nã ingens hic eſt orandi neceſſitas,vt Turcarũ Alla, hoc eſt Deus ...ũ;Diabolus; percutiatur prius,atq; ita po...a ac diuinitas eius amoueat ab eis, Ali... nihil efficiet (veror) gladius, Chriſtianus ...orporaliter cũ Turcis pugnare non de... vt dixi.

## ... CHRISTIANIS PVGNARE liceat. CAP. XXVI.

...RA.Quis autẽ pter te vnũ,hoc phibet? ...i Chriſtiano pugnare nõ licet, cur militib⁹ accipere ſtipendia licet? Ait eñ Ioãnes baptiſta ad eos,Contenti eſtote ſtipendijs vr̃is.

Et

Et pugnauerunt multi martyres Chri̅ etiam ſub impijs Imperatoribus, Chr̄m perſeque̅tibus. Quis aute̅ martyres Chriſti Chr̄ianos fuiſſe neget? Auguſtinus vero no̅ ſolu̅ permiſit ſed & co̅ſuluit alicubi Chriſtiano pugnare. Etem̅ quu̅ Bonifacius Comes ſcripſiſſet ei, Graue nobis eſt bellum, inimici mucro noſtra pectora pulſat, Deo funde preces, vt ſoles, pete Deu̅, vt iacula in hoſtes dirigat noſtra, ac ſe ipi trucident mutua cæde. In hæc verba reſcripſit ei Auguſtin9. Graui de pugna conquereris, dubites nolo, vtile tibi tuiſq; dabo conſiliu̅, Accipe manib9 arma, Oratio aures pulſet autoris, Quia quando pugna Deus apertis oculis ſpectat, & parte̅, qua̅ ſpicit iuſta̅, ſibi dat palmam. Vt ſcias au Palinode, nihil in hoc conſilio ſuo pec Auguſtinu̅, Deus Bonifacio victoria̅ Ita em̅ poſt pugna̅ comes ille reſcripſit, nus ſuperba deo iuuante cecidit, quæ paululu̅ audax, gladiu̅ erecta portabat. M ti ex aduerſis ceciderunt, de noſtris aute Chriſto iuuante nullus eſt vulneratus. Q igit̄ venerabilis Papa, vt talis de inimicis vi tio ſæpe procedat. Ad hęc ita rurſus Augu.

Dño inſigni meritoq́ȝ ſublimi filio Bonifacio Auguſtinus Epiſcopus. Lecto me vacare, nobilitatẽ tuã latere nõ credo, vltimũq́ȝ diem mihi exopto venire. Gaudeo tuę victorię, Ciuitatẽ queſo ſerua Romanã, Tuos vt bonus rege Comes, Nihil de virib⁹ proprijs pręſumas, de autore gloriare virtutũ, & nullũ curabis penitus inimicũ. Cui Bonifacius. Nunc diuinitas p̃ces ac lachrymas deſpicit peccatorꝝ. Cupis ipſe quidẽ de hac vita ſecurus ad cœli regna migrare. Sed nobis opus es feſſis, in tantis adhuc periculis conſtitutis. Itaq́ȝ ora nobiſcũ, vt tua nobis ſalus quantulũ tẽporis condonetur. Hęc prolix refero, vt intelligatis vos ambo, q̃ȝ longe is a ſententia B. Auguſtini & Chriſtiaõim, atq́ȝ adeo & ipſius Dei, victoriam tianis dantis, eoſq́ȝ in prelio iuuantis.

AL. Loquamur nũc de Cæſare, Et pri, ſi contra Turcã pugnare volum⁹, vt id ciamus ſub Cęſaris p̃cepto, vexillo, & no ne. Ibi em̃ vnuſquiſq́ȝ conſcientiã ſuã ſeram reddere poteſt, ſe certiſſime in obedintia diuinæ ordinationis ire, Quũ ſciamus, Cæſarẽ eſſe verũ ſuperiorẽ & caput noſtrũ,

Qui

Quicũq; igitur in tali caſu obedit ei, is obe=
dit & Deo, Qui autẽ inobediẽs eſt ei, & deo
inobediẽs eſt. Si autẽ moriat̃ in obedientia,
morit̃ in bono ſtatu, & ſi pœnitentiã alioqui
egerit & in Chriſtũ credit, ſaluus erit. ORA
Hęc mihi quidẽ aliquanto melius placent q̃
quæ ſupra dixiſti, ſed haud ſcio an & cor=
di tuo placeant, Nam aliquãdo aliud publi= In lib
ce & aperte ſcribis & loqueris, aliud in cor= cõtra
de & occulte ſentis, vt fateris in libello tuo ce S.
contra ducẽ Georgiũ. Si ergo non licet Chri=
ſtiano contra Turcã pugnare, ex præcepto
Dei & Euangelij, vt ſæpe dixiſti, quomodo
licet ei ex precepto Cęſaris? Nunquid Cæ=
ſari magis q̃ deo debet obedire? LVT. M
pfecto ſententię ſumma eſt, ſicut. S. Petr
ait. Acto. 4. Deo magis obedire oporte
hoĩbus. Quibus vtiq; verbis ſæculari pot
ſtati metã ponit. Si em̃ totũ obſeruari debe
ret quod ſęcularis velit poteſtas, fruſtra di=
ctũ eſſet. Oportet Deo magis q̃ hoĩbus o=
bedire. ORA. Si ergo Chriſtus in Euange=
lio p̃ceptũ (vt vos ãbo dicitis) & nõ conſiliũ
(vt Papa dicit) poſuit, quãdo dixit. Ego autẽ
dico vobis, nõ reſiſtere malo, ſed ſiquis per=
F v cuſſerit

cuſſerit te in dexterã maxillã tuã, prebe ei & alterã. Et ab eo qui aufert tibi veſtimentũ, etiã tunicã noli ꝓhibere. Om̃i autẽ petenti te tribue, & qui aufert quę tua ſunt ne repe-tas, &c̃. Quomodo Cæſar habet poteſtatẽ, ſoluendi p̃ceptũ Chriſti, aut precipiendi cõ-tra Chriſti p̃ceptũ? Et quomodo tale Cęſa-ris preceptũ, quod Chriſti p̃cepto contrariũ eſt, diuina ordinatio eſt? Aut quomodo quis obedit Deo, qui Cæſari ad pugnandũ cõtra Chriſti p̃ceptũ obedit? Vbi vero ſcriptũ eſt, ꝙ contra Turcã pugnare non liceat niſi ſub Cæſaris precepto, vexillo & noı̃e? Si Turca liũ Regẽ aut Principẽ inuadat, cur nõ poſ-ſub ſuo p̃cepto, vexillo, & noı̃e bellũ cum gerere?

## CAESAR RECTE DICATVR caput Imperij Eccleſiæꝗ defenſor CAPVT XXVII

PAL. Mihi ſane non placet, Cæſarem & Pricipes ſic allici et ĩcitari ad bellũ cõtra Tur-cas, ſicut hactenus eſt, tanꝗ Caput Chriſtia-nũ, tanꝗ defenſorẽ Eccleſiæ, ac protectorẽ fidei, vt Turcæ fidẽ eradicet, atꝗ ita funda-uerũt adhortationẽ & incitationẽ ſuã ſuper

Tur-

Turcarū malicia & iniquitate. Non ſic, Cæſar em̄ non eſt caput Chriſtianitatis, nec defenſor Euangelij aut fidei. Oportet Eccleſiā ac fidē aliū hr̄e defenſorē q̄ Cęſarē aut Reges, Qui ſunt cōiter peſſimi inimici Chr̄ianitatis & fidei, Sicut dicit Pſalmus. ij, & Eccleſia vbiq; conqueritur, Talibus nanq; exhortationibus & incitationibus res ſolum peius habet. Deuſq; magis offenditur, quū eo pacto honori operiq; eius detrahatur, hoīq; attribuat̄, quod Idololatria & blaſphemia eſt. ORA. Video tibi vnū & idem, nūc placere mox diſplicere, Certe iā ſupra dixeras, Cæſarē eſſe verū ſuperiorē & caput noſtrū, Id nūc reprobas, Sed nō reprobat tota Chr̄ianit[as] quę ſub Chriſto Capita duo agnoſcit, Pa[pam] & Imperatorē, Quod & ſcriptura cōprob[at] conquerēte per Eſaiā Deo, Om̄e caput la[n]guidū, Quinetiā docet ita loqui, dicēte M[o]yſe. Conſtituet te dn̄s Deus tuus in caput & non in caudā. Et eris ſemp̱ ſupra, & non ſubter, ſi tamē audieris mādata dn̄i Dei tui. &c. Quod ſi vir a B. Paulo recte dicit̄ caput mulieris. Cur rogo, Cæſar, Rex aut Princeps nō debeat dici caput ſuorū ſubditorū?

Quid

Quid autē perſoluant tibi pricipes ac Re-
ges noſtri ꝑ graui iſta calūnia, qua dicis eos
peſſimos eſſe cōiter eſſe inimicos Chrianita-
tis & fidei: Vbi hoc dicit Pſal. ij. Vbi ſic cō-
queritur Eccleſia: At longe melius exponit
eū Pſal. B. Auguſtinus, tēpora diſtinguens,
dū de Donatiſtarū querela ſcriberet ad Bo-
nifaciū Comitē ſupradictū. Nō cōſyderant
(inquit) aliud fuiſſe tūc tēpus, & oīa ſuis tē-
poribus agi, Quis em̄ tūc (Aplorū ſcilicet tē-
poribus) in Chriſtū crediderat Imperator,
qui ei pro pietate contra impietatē legē ferē-
do ſeruiret, quando adhuc illud propheticū
cōplebatur, Quare fremuerunt gentes, &c.
ondū autē agebat̄, quod paulo poſt in eo-
Pſal. dicit̄. Et nunc Reges intelligite, eru
mini qui iudicatis terrā, Seruite dn̄o in ti-
ore &c. Tu autē Palinode peruerſiſſime
riorē locū Pſalmi, qui de Gentilibus & per
ercutoribus intelligitur, in reges & princi-
pes noſtros contorques, & poſteriorem, qui
noſtris cōgruit, prorſus omittis et diſſimulas
Non eſt igitur vel Idololatria vel blaſphe-
mia, ſi Catholicus Imperator, qui publico cō
ſenſu Aduocatus Eccleſiæ dicitur, vocetur
vel

vel defenſor Eccleſiæ vel fidei ꝓtector. Nõ em̃ excludiť per hoc Deus aut Chriſtus, ſed magis honoratur in Imperatore, cuius poteſtas a Deo eſt. Ro. 13. & ſuã defenſionẽ atq; poteſtatẽ a Deo habet, Autorẽq; & Dñm ſuũ deũ agnoſcit & colit, Eſt ergo miniſter Dei, ac defendit miniſterialiter ratione officij ac poteſtatis ſuæ, Deus autẽ defendit prĩcipaliter in eo & per eũ, Deus em̃ eſt qui operatur om̃ia in oĩbus. 1. Cor. 12. LVT. Tu ergo, Orator, miſerũ iſtũ vermiũ ſaccũ, Imperatorẽ inquã, qui vitæ ſuę ne ad momentum quidẽ ſecurus eſt, verũ defenſorẽ fidei Chriſtianę dicis? At fides petra eſt, contra Diabolũ, mortẽ, & oẽm potentiã ſatis valida Ma. 16. & virtus dei Ro. 1. Talis igitur ꝟtus defendi debet a filio mortis, quẽ & ſcabies & vlcus in lectũ ꝓſternere poteſt? Bone Deus quantũ inſanit Mundus. Ita & Rex Angliæ iactitat ſe defenſorẽ Catholicę Eccleſię & fidei, Immo Hũgari iactitãt ſe defenſores dei, & canunt in Letania. Vt nos defenſores tuos exaudire digneris, Ah ſi eſſet aliquis q̊q; Rex aut Princeps vſpiã, qui Chr̃i defenſor fieret. Deinde alius, qui ſpiritũſanctũ defenderet

Co duo dat per

deret

deret, tunc eſſet (puto) ſancta Trinitas & Chriſtus ſimul cũ fide non male cuſtoditus. Hoc ego ex imo pectore cõqueror cunctis bonis Chriſtianis, vt mecũ cõmiſereãtur ſuper huiuſmodi ſtolidos, fatuos, inſanos, furioſos, amentes moriones, Aliquis certe decies potius mori deberet, q̃ eiuſmodi blaſphemias & contumelias diuinę maieſtatis audire. Immo ꝓmerita merces eſt, q͡ perſequunt̃ verbum Dei, Idcirco debent eiuſmodi cæcitate palpabili puniri & offendi, Deus nos liberet ab eis, & det nobis ex gratia alios Rectores, Amẽ. ORA. Ingeniũ tuũ neq; dimittere neq; cælare potes Luthere, video tibi hic ...cere omĩa, donec veniat hora iuſti dei iudi... ſuper te, Crede mihi, hoc ſcelus tuũ ſcrip... ...iam eſſe ſtilo ferreo, vt ait vnus ex Pro...ietis, in vngue adamantino, exaratum ſu...er latitudinẽ cordis eorum, quorum famã promeritoſq; Titulos tam ſeditioſe laceras proſcindis & calũniaris.

## DEFENSOR FIDEI ET ECcleſiæ quis dicatur.

## CAP. XXVIII.

ORA. Deus qdẽ & fides, Euangeliũ q̃q; &

Eccle-

Eccleſia, quantũ ad ſeſe, defenſione nõ egẽt humana, quia æterno diuinitatis munimime ſtabilita ſunt. Cæterum quantũ ad homines prauos & Gigãtum ſuperbia tumidos, qui cœlum cœleſtiũq; rerũ veritatẽ impugnare audent, expedit habere defenſores armipotentes, qui prauitatẽ illorũ coercere poſſint Sic Imperator Eccleſiæ aduocatus, eã ab impugnãtib⁹ hæreticis, qui Papę monita ſpernunt, defendere debet ex officio Poteſtatis ſuę, Nõ em̃ ſine cauſa gladiũ portat, Dei em̃ miniſter eſt, vindex in iram ei qui malũ ag[it]. Ro. 13, Sic Rex Angliæ, raro & admirand[o] tũ pietatis tũ eruditiõis exẽplo, ſeptẽ ſacramenta Eccleſiæ contra te aſſerens, ꝓmeru[it] nouũ honòris Titulũ, nllo ſane ambitu qu[æ]ſitũ, ne pręcogitatũ quidẽ, ſed a ſede Apo[sto]lica vltro pro virtutis merito datũ & c[...] quẽ tu certe illi nunq̃ eripies, agnoſcentib[us] eũ in illo cunctis & Regibus & Principib[us] totius orbis Chr̃iani. Sic Hungari, qui ꝑ gloria Chriſti & cultu Dei, ſupra. CC. annos cõtra Turcas pugnauerũt, pia ſimplicitate poſſunt Chr̃i Deiq; defenſores dici, ſcriptũ eſt n. Nõ te abiecerũt, ſed me ne regnẽ ſup eos.

Et

Et qui vos ſpernit, me ſpernit. Itẽ quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Sic Conſtãtinus Magnus, quãdo Arriũ qui denegabat Chrm̃ conſubſtãtialẽ patri, miſit in exiliũ, defenſor Chrĩ erat, Sic Gratianus & Theodoſius maior contra Macedoniũ, Spiritus ſancti diuinitatẽ abnegantẽ, defenſores erant ſpiritusſancti, quẽ impugnabant hęretici. Nõne igit̃ defendit, qui impugnãtes coercet? Si deus offendi, cur nõ & defendi poteſt? Ipſi qdem deo ſecundũ ſeſe nocere non poſſunt praui hoĩes hæretici, Infideles blaſphemi, neq; offendi in ſeipſo poteſt: In eo em̃ õ eſt vlla tranſmutatio, nocent tamẽ & offendunt, quantũ ad ſe attinet, & quantũ ad mines, Ait em̃ Moyſes. Audiui murmur trũ cõtra dñm, Et Dñs. Vſq; quo detra mihi populus iſte, Et Rapſaces auſus fuit probrare deum viuentẽ, & ſcribere epiſto plenas blaſphemiæ in dñm Deum Iſrael. Deniq; ad Saulũ dixit vox de cœlo. Ego ſũ Iheſus Nazarenus, quẽ tu perſequeris. Qui ergo a Turcis Chriſtianos, & ab hæreticis Eccleſiam Chrĩ defendũt, nõne defendũt & Chrm̃ in illis? Iniuſta ẽ igit̃ tua Lutere calũnia,

nia.qua in ſeditionē concitaſti miſeros ruſticos ſupra centū Milia,quorū ſanguis de terra contra te clamat,Mox em̄ ab hac ędita calūnia tua in ſeditionē acti,contra Dños & ſuperiores ſuos inſurrexerunt,quia ab eis liberari alioſq; Regentes dari volebas,Neq; iſta negare potęs.

AN CAESAR IN ECCLESIAE FIdeiq; cauſis aliquid facere debeat CAP. XXIX

PAL.Miſſa faciamus iſta Orator, facta em̄ infecta fieri non poſſunt,Redeamus igit ad propoſitū.Tu Cæſarē fidelē & Eccleſi defenſorē facis,Ego autē dico, Si Cæſar deberet infideles & male chriſtianos externare,oporteret eū incipere a Papa ,ab Ep̄is ab Eccleſiaſticis , forſitan & nobis ac ſibi nō parcere,Satis em̄ Idololatriæ, & quide horrendę,in Imperio eius eſt,vt non ſit opus propter hoc debellare Turcas. Inter nos em̄ ſunt Turcę ,Iudęi ,gentiles , male chriſtiani, plus ſatis,tū publicæ in falſa doctrina,tum in vita ſcandaloſa & deteſtanda.Sine Turcam credere ac viuere ,vt vult, Quēadmodū & Papā & alios falſos Chriſtianos viuere ſini-

mus viuere, Gladius Cęſaris nihil habet negocij cũ fide, ſed pertinet ad cauſas corporales & mundanas, Ne deus iraſcatur nobis, ſi ordinẽ eius peruertamus aut diſturbem⁹, ac ſe peruertat contra, noſq; om̃i diſturbet infortunio, ſicut ſcriptũ eſt. Cũ peruerſis peruerteris, Id quod nos ex fortuna, quã hactenus contra Turcã habuimus, facile & ſentire & palpare poſſumus, quando ꝓcurabatur calamitas & miſeria cũ Cruciata & indulgẽtijs ac ſigno crucis, Et Chriſtiani ſic incitabãtur ad gladiũ & bellum contra Turcas, Qui debebant ỽbo & oratione pugnare contra diabolũ & incredulitatẽ. ORA. Video me obnoxiũ illi dicto ſapientis. Si quiſpiã pręualuerit contra vnũ, duo reſiſtunt ei. Nimium ...ur fatigatis me iam feſſum plus ſatis, Mi... equidẽ tam pertinacẽ impudentiã veſtram, qua ſine omni fronte publicũ morem tot ſæculis approbatũ, receptaſq; totius Orbis Chriſtiani conſenſu ſententias reprobare ac damnare p̃ſummitis. Quis, rogo, vos vel Eccleſiæ vel toti Mũdo cẽſores dedit, Quis vos Papę & Imperatoris iudices cõſtituit? Certe vltra Mille annos habuim⁹ in Eccle-

ſia publicas leges Imperatorꝝ de fide, de baptiſmo, de hereticis, deq́ id genus aliis rebus ad eccleſiã religionẽq́ Chriãnã ſpectantib9, Vultis ne igitur, vt propter friuolas contẽtiones & reprobationes veſtras eiuſmõi leges vel abrogemus vel e Codice legũ eradamus? Nõ faciem9, Vbi em̃ ſcriptũ eſt, quod dicitis, Gladius Cæſaris nihil habet negocij cũ fide? Certe gladius Regũ & iudicũ in Iſrael multũ negocij cũ fide habuit, & quidem ex diuinę legis precepto, Vt ſiquis ſuperbiat nolẽs obedire ſacerdotis imperio (vt vos ambo facitis) ex decreto Iudicis moriatur. Certe adhuc hodie laudamus Moſen, ducẽ populi glorioſiſſimũ, q̃ propter Idololatriã vt die interfecit. XXIII. Milia. Laudamus Iosue, qui propter Anathema lapidauit Ach. Io.
Laudamus Phinees, qui arrepto pugione fodit vno ictu ſimul virũ & mulierẽ contra legẽ dñi fornicantes. Laudamus religionem Dauid, Cultũ dei tam ſancte ac magnifice inſtituẽtis. Et Aſa Rex fecit rectũ in conſpectu Dñi, quãdo abſtulit effeminatos de terra, purgauitq́ vniuerſas ſordes Idolorũ quæ fecerant patres eius. Placuit & Ioſaphat rex

 filius

filius eius,Dño,ꝙ miſit aliquos de principi-
bus ſuis ſimul cũ Leuitis,qui docerēt popu-
lũ in Iuda librũ legis,Sic & Ezechias rex fe-
cit bonũ corã dño,quando diſſipauit excel-
ſa,& contriuit ſtatuas,& ſuccidit lucos, fre-
git ſerpentē æneũ,cui filij Iſrael adolebãt in-
cenſum.Deniq; maxime laudata eſt hacte-
nus religioſa ſeueritas Ioſiæ Regis,qui om-
nia phana excelſorꝝ,etiã eorꝝ quæ in Sama-
riæ ciuitatibus erant,abſtulit,& occidit vni-
uerſos ſacerdotes excelſorꝝ qui erant ibi ſup
altaria,& cõbuſſit oſſa hũana ſup ea. Ex his
[illegible]itis iam cõſtat, falſam ac friuolã eſſe repro-
bationē veſtrã,qua Cæſarē Chriſtianũ a fi-
dei negocio alienũ redditis,quũ videatis vo-
[illegible] obſtare & legis diuinæ autoritatē, & tot
religioſa exempla ſcripturæ. Fides em̃ vni-
uerſalis eſt(vt ait Nicolaus Papa ad Micha-
elem Imperatorē) & oĩm cõmunis,quę non
ſolũ ad clericos, verũetiam ad Laicos, & ad
oẽs oĩno pertinet Chrĩanos. Vnde in Syno-
do Chalcedonenſi ſic dixiſſe fertur Martia-
nus Imperator,Nos ad fidē cõfirmandã, nõ
ad potentiam oſtendendã, exemplo religio-
ſiſſimi Principis Conſtantini,Synodo inter-
eſſe

eſſe volumus, vt veritate inuenta, non vltra multitudo prauis doctrinis attractata diſcordet.

## PER CRVCIATAS ET INDVLgẽtias fortunata fuiſſe noſtrorum bella. CAP. XXX.

ORA. Q; aũt infortunia belli in Cruciatas & indulgentias reijcitis, cantilena eſt veſtra antiqua, quũ nullius vos pudeat mendacij. Satis autẽ conſtat ex rebus geſtis, non ſolũ victorias & triumphos de hoſtib9, verũetiam regna & prouicias obtinuiſſe Reges & Principes noſtros in terra ſancta per Cruciatas & indulgentias Ro. Pont. vti cõmemoratũ eſt ſupra. Vnicũ hic referã bellũ, quo anno dñi. M. CCCCLV. geſtũ eſt, trienn poſt captã a Turcis Cõſtãtinopoli. Quũ victor Mahumetes cũ Centũ & quinquag ta Miliũ exercitu tenderet in Hungariã, ſi q; militibus nõ modo illã, ſed & Germaniam Italiãq; & rerũ caput Romã eodẽ victoriæ curſu ꝑmitteret, Calixtus Papa. III. in Germaniã miſit Legatũ cũ indulgẽtijs peccatorũ ijs qui cõtra Turcas militaturi eſſent, Cui & Ioãnes Capiſtranus Minorita, vitæ ſan-

ctimonia clarus ad hoc non parū ꝓfuit publicis Concionib⁹. Nam ad. XL. Milia cruce ſignatorꝝ ex plebeis adduxit, reiq́ꝫ gerēdę non ſolū interfuit, ſed etiā pręfuit. Etem quū Mahumetes validiſſime Albā, quæ ad Saui & Danubij confluentē ſita eſt, oppugnaret, Capiſtranus ex ędita turri Chriſtianos adhortabat̄ ad pręliū, vexillū crucis oſtēdēs opēq́ꝫ de cœlo ꝓmittens. Affuit & Ioannes Hūniades cōtractis raptim copijs, apud quē rei bene geſte decus fuit, Nam & Imperatoris & militis partes agebat, fuitq́ꝫ ea victoria vltimū militiæ eius tropheū, nam paulo poſt bijt diē. In ea obſidione acerrime pugnatū t vtrinq́ꝫ, nō ſolū interdiu, verūetiā noctu d extremum vulneratus ſub leua mamilla lahumetes, relictis machinis & impedimē omibus, per noctē trepidus aufugit, amiſ .XX. milib⁹ Turcarꝝ & Caraza Thracię efecto, fuit itaq́ꝫ receſſus ei⁹ tam turpis, & infamis, q̃ glorioſus fuerat ipſius aduentus, Ad Ro. Pont. ſcripſit quidam, ad. XL. Milia hoſtiū eo pręlio cecidiſſe, Cecidiſſent plures ſi Hunniades in tēpore (vt nōnulli ſcribunt) equitatū ſuū i fugientes hoſtes imiſiſſet. Ex

hac

hac cruce ſignatorꝝ victoria patet, q̄ calumnioſe imputas cruciatis & indulgētijs aduerſa prelia noſtrorꝝ contra Turcas. Niſi em̄ affuiſſent & pugnaſſent cruce ſignati, Mahumetes ſperato victorie curſu potiri potuiſſet

## INVECTIVA LVTHERI IN PRINCIPES NOSTROS. CAP. XXXI.

PAL. Quid autē faciūt nūc Pricipes noſtri? habēt hanc rem pro mero ioco. Et q̄uis verū ſit, Turcam veniſſe ſuper ceruices noſtras, etiā ſi hoc anno nō velit contra nos ꝓficiſci, oī tamē hora paratus et inſtructus pre manibus eſt, ad inuadēdū nos imparatos a[c] minime inſtructos, quando voluerit; No[ſ] tamē Pricipes interim tractant, quomō L[u]therū ac Euangeliū vexent, Hic eſt Tur[ca] hic ſita eſt vis, hoc procedere oportet, Q[ue]admodū & nunc Spire agunt, vbi maxi[mum] rerꝝ momentū eſt de carniū piſciūq; eſu &[c] genus ſtulticijs. Honoret vos Deus, O infidelia ſubditorū veſtrorꝝ capita, Quis Diabelorꝝ iubet vos tam vehementer tractare cauſas eccleſiaſticas, vobis nō cōmiſſas, que Deum & cōſcientiā tangunt? Eas vero cauſas tā negligenter ac ſegniter agere, quæ & Deo vobis

In de l[...] contr[a] Tur[...]

vobis cõmiſſæ ſūt,& ad vos ſubditoſq; ve-
ſtros pertinent,nunc in ſumma ac proxima
neceſſitate? Atq; ita impeditis ſolūmõ eos,
qui ex anĩo bene volunt ac libenter ad rem
faciūt. ORA. Ad me,qui Prĩceps nõ ſum,
hęc loqueris, Cur non potius proficiſceris
Spirã,vt ad ipſos Principes in faciẽ iſta loq-
ris? Quin accinge te,ac vade mecũ, ego te
Spirã probe pduxero,atq; etiã interpres tibi
ad eos ero,ſi per teipſum hęc loqui non auſis
PAL.Non opus eſt,ex libellis ęditis hęc oĩa
intelligere poterũt,ſtultã illam humilitatem
qua Lutherus Vuormaciã ad eos venit,non
beo,Nam publicã illi fidẽ violauerãt, an-
q; vrbẽ illã ad eos fuiſſet ingreſſus.ORA.
oc ego non credo Palinode, quoniã Lu-
rus ipſe & Vuormacię in actis & ex iti-
e in reditu ſuo per Epiſtolã Principibus,
primis Cæſari,gratias egit,q tam clemẽ-
er egiſſent ſecũ,fidẽq; publicã ſeruaſſent.Et
atis conſtat,Germanis oĩbus,nullam pror-
ſus vim ei fuiſſe illatã,q̃uis ipſe ſimulatã au-
ſu neq̃ſſimo captiuitatẽ ſibi effinxerit.PAL
Vtcũq; actũ ſit a Luthero,ego Tyrannis,q
Euangeliũ perſequunt̃,& mihi oẽm ingerũt
moleſt-

moleſtiã,me non credo. Quinimmo ſi Adæ meo frena laxare velim,poſſem nunc tace- re & aſpicere,quomõ Turca me de ipſis vin- dicaret,eiſq; retribueret,quod tamẽ non fa- ciã.ORA. Tu ergo Turcã vel admittere vł arcere ac ꝓhibere potes? Vnde tibi tanta q̃- ſo potentia?

## BENE SPERANDVM DE REGIS FERD. contra Turcam victorijs CAPVT XXXII

ORA. Sed excutiamus obiter nouas, quas mõ ꝓtuliſti,tuas in principes calũnias. Ais eos rem Turcicã pro mero habere ioco, ſed vnde hoc ſcis? At ſcimus nos, rem eã maxi me & ſerio & diligenter Spiræ nunc tractar Regẽq; FERDINANDVM ſapientiſ- ma diſpoſitione,ſumma prudentia,pulche- rimo apparatu, validiſſimo cũ exercitu ſe cõtra Turcã ꝓparare,vt(auſpice Deo)Tu- cam ſemel a ceruicibus noſtris ita repellat,vt cito redire neq; velit neq; poſſit. Si enĩ Rho- diani milites,quoꝝ multo minor erat numer⁹, q̃ eius exercitus, qui a Rege noſtro cõſcrip tus eſt:potuerũt hũc iſtũ Turcaꝝ Tyrannũ ad eas redigere animi anguſtias,fortiter pug

nando, vt illi nulla eſſet amplius libido (vt
refert Historic⁹) aliena inuadendi regna, cō-
ciderentq́ ingentes illi ſpiritus, adeo, vt nihil
preter receſſum & fugā meditaretur, lique-
retur & animo, ac collaberetur exanimis ac
mortuo ſimillimus, Idq́ vel in medio Tur-
carū Imperio, quū in proximo per circuitum
oīa poſſideret. Cur non ſperemus nos, mul-
to grauiores ei fore anguſtias, ſi ſuas egreſſus
prouincias, in alieno ſolo cū Rege tam nobi
liter inſtructo, ac tam forti lectiſſimorū tum
ducū tum militū exercitu ſepto ac pręmuni-
to, pugnare cogatur. Et ſi ſex Triremes vel
acuę, aliūde Rhodianis auxilio miſſæ, po-
uiſſent Rhodū reddere victricē, vt ei nō ſo-
de hoſte victo triūphare, verūetiā prępo-
ntē iſtū hoſtiū Imperatorē in vīculis con-
ere licuiſſet, nos certe iuſtiſſima erga De-
m fiducia ſperare debemus, ꝙ Regi noſtro
tam pie ac ſancte abſq́ oīmi crimine viuenti,
qui non aliena regna occupare, vt Turca ſo
let, ſed ſua defendere, ſuāq́ vitā pro ſubditis
ſuis in extremū periculū magna ſane pietate
ac promptiſſima voluntate exponere intē-
dit, iuſtiſſimus de cœlo Iudex longe ſpecio-
ſiſſimū

ſiſſimũ de ſceleſtiſſimo impijſſimoq́ & in oĩ vita totoq́ etiã corpore impuriſſimo hoſte iſto triumphũ ſit daturus, vt reddat vnicuiq́ iuxta opera ſua. Q̃ ſi vere dicit ſapiens, Fugit impius nemine terrente, Iuſtus aũt quaſi leo confidens abſq́ terrore erit, nos optimo nimirũ iure ſperabimus, Impijſſimũ hũc hoſtem in turpiſſima fuga capiendũ eſſe a Rege noſtro, qui illũ nõ ſolũ pietate, iuſticia & ꝓbatiſſimo cęterarũ virtutum choro per ſeſe vincere, verũetiã acie inſtructiſſima ac exercitu tot iam victorijs ꝓclaro, terribili deniq́ Tormẽtorũ bellicorũ, curruũq́, & equorum apparatu oĩſq́ generis armorũ aſpectu, non ſolũ terrere ſed & examinare poterit.

## DE VALIDISSI: REGIS FERD. EXercitu contra Turcas. CAP. XXXIII

ORA. Nam ſi verũ abſq́ inuidia dici qu[illegible] auſim dicere, neq́ Alexandrũ magnũ cõtra Dariũ, neq́ Themiſtoclẽ cõtra Xerxẽ, ne[illegible] Hannibalẽ contra Romanos, validiorẽ meliuſq́ inſtructũ duxiſſe exercitũ, q̃ in Turcã ductur⁹ eſt (auſpice Deo) Rex noſter, Trahat igitur ſecũ Solymanus iſte vel bis decies

centena

Cētena Milia hoīm, nos tamē ſperabimus,
cū a Deo Regi noſtro in manus traditum iri
non ſolū ex eo, ꝙ Rex noſter omī illū lōgiſ⸗
ſime antecellit virtute, innocētia vitę, veraq;
erga Deū ( qui & in manu fœminę victoriā
dare poſſit ) fide ac religone, verūetiā ex mi⸗
ra & peculiari quadā Regis noſtri in bellis
fœlicitate, qua tot pręlijs vbiq; ſecūdis, Hū⸗
garię regnū & a Turcis & ab adulterio Re⸗
ge, perpetuo victoriæ curſu vltra duos iam
annos aſſeruit ac defendit, atq; etiā ex inuic⸗
ti exercitus robore ac virtute. Habebit em̄
Rex nr̄ in exercitu ſuo fortiſſimas Natiōes,
Hiſpanos, Germanos, Burgundiones, Bo⸗
hemos, Hūgaros. &c. Quòs ne Romani q⸗
dem, rerū Dn̄i pœnit⁹, ſubiugare & a liber⸗
tate ſua deijcere potuerunt, Qui non ſolum
dextris & animis, verūetiā armis & militari
peritia fugaces Turcas, & molles Aſię Syri⸗
æq; & Arabiæ ac Aegypti populos lōge ſu⸗
perant, Sciūt em̄ cōmodiſſime multiplici ar⸗
morū genere vti, tegere corpus lorica, caput
galea, thorace pectus, pedes, manus, crura,
brachia ſuis agiliter munire tegumentis fer⸗
reis, iaculū emittere impetu valido, Tormē⸗
tum

tum certo ictu excutere, haſtã valide vibrare, longa cuſpide multos perfodere, gladio cæſim, & puctim ferire, æreis ferreiſue machinarũ ſolidis globis latam in acie hoſtium ſtragẽ eminus ędere, ordines turbare, cuneos perrũpere, vallũ diruere. Quid hoꝝ, quęſo, ſimili ꝟtute poſſunt hoſtes? Qñ vidiſti Turcã aut galea aut lorica tectũ? Quomõ ferãt agiliter ferrea tibialia aut dextralia, qui ne caligas quidẽ ferre cõſueti ſũt? Nunquid cuncta conficient vno, qui ex nudo dependet fœmore enſe? Eſto tamẽ, vt omĩ armoꝝ genere ſint exercitatiſſimi, quod a vero longe abeſt, pares tamẽ anĩos in pręliũ nõ aff runt Aſiani & Aegyptij, quales gerunt mil tes noſtri. Noſti eñ a grauiſſimo, Hiſtori verius ꝙ Poeta, Lucano ante multa ſæci tam egregie ꝙ vere dictum eſſe.

Omĩs in Arctois populus quicunqꝫ pri.
Naſcitur, indomitꝰ bellis, & mortis amato
Quicquid ad Eoos tractus, Mundiqꝫ tepor
Labitur, emollit gentes clementia cœli.

Ante quẽ multo prius ſimile quid in Politicis ſcripſit Ariſtoteles, Nempe gentes, qua frigidas incolũt regiones, et quę per Europã

anio

anĩo abundare,atq; in libertatẽ perſeuerare:
Eas vero,quę Aſiã incolunt, ingenio quidẽ
& arte abunde,anĩoſitatẽ vero non habere.
Quocũq; igit̃ vertas oculos , videbis vbiq;
nos longe iuſtius Regi noſtro q̃ impuro, &
impio Turcaꝝ Tyranno victoriã precari ac
bona in Deũ ſpe ꝓmittere debere.Regis. n.
nr̃i pietati ac Innocentiæ fauebit & aſſiſtet
Deus,vt noſcat vniuerſa Eccleſia, quia non
gõ in gladio (vt ait Dauid) nec in haſta ſaluat
Dñs,Ipſius em̃ eſt bellũ, & tradet impios in
manꝰ noſtras. Et Rex noſter vltra opẽ gra-
tiãq; diuinã talia ſibi cõparauit hũana q̊q;.p̃-
dia,arma & auxilia,vt neq; viribꝰ neq; cõ-
ſilio debeat vlli q̃libet magno vel Imperato
vel exercitui aut cedere , aut impar videri.

## SINISTRA FORTVNA BELLI AB Anathemate Lutherico timenda CAPVT XXXIIII

ORA.Si quid aũt ſiniſtri(qđ Deus auertat)
acciderit ĩ hoc eius bello tã pio,iuſto,& ne-
ceſſario,id maxĩe hinc accidere credẽdũ fu-
erit,ꝙ Germania Luteranis impietatibꝰ in-
fecta,diuinã in nos irã cõcitat,quę innocen-
tes ſimul cũ nocentibus vltioni inuoluat,Si-

cut

cut habemus in ſcriptura inſigne ac euidens exemplum de filijs Iſraël, qui propter Achor ſacrilegũ vincere nõ poterãt, q̃diu ille inter eos erat, Hęc em̃ dixit Dñs deus Iſrael. Anathema in medio tui eſt Iſrael, non poteris ſtare corã hoſtibus tuis, donec deleatur ex te q hoc contaminatus eſt ſcelere. Sed Deus (p̃cor) hoc omen metumq; auertat, a Rege tã pio & eximio, qui Lutheranis hæreſib⁹ pro virili ſua ſemper acerrime reſtitit, hodieq; reſiſtit, ſicut reſtiterunt ante eum Huſſitis & Pighardis (quorũ viperea ſoboles Lutherani ſũt) fortunatiſſimi ac victorioſiſſimi Chriſtinianorum contra Turcas exercituũ duces Iohannes Huniades Vuaiouoda & M thias Rex filius eius. Vtinam nullũ habea Rex noſter Anathema, nullũ hæreticum fortiſſimo exercitu ſuo, Tãta mihi ſane ſp pro illo in Deũ (in cuius nutu victoria p det) exiſtit, vt auſim nõ minori nũc, q̃ olı fecit in Alba Ioannes Capiſtranus, confidẽtia, certã ei promittere de coelo victoriã contra Turcas, Quid em̃ aliud obſtare queat, quo minus vincat? Quando vnq̃ ſic inſtructus vt Rex noſter, in Turcas exercitũ duxit

30r
v

xit vel Hunniades vel Rex Mathias? Aut quando vnq̃ vel nobiliorem vel potentiorē habuit Regē Hungaria q̃ iſtū? Non inueniet hic Regē Ludouicū, paruis copijs inſtructū, & a ſuis qbuſdā tū deſertū tū ꝓditū Turca, ſed obuiū habebit Regem FERDINANDVM, longe alit̃ & inſtructū & munitū, qui & antea pſæpe exiguis copijs magnos fudit exercitus, & a Maioribus ſuis velut hęreditaria fœlicis diſciplinæ ſucceſſione didicit, paruis copijs ſuperare animis viribus & arte militari, q̃libet etiā magnos exercitꝰ Quoties hoc fecit MAXIMILIANVS Cæſar, auus eius Paternus, dū ſimilis illi, vt huic, eſſet flos & vigor Iuuentę? Quoties gloriosi prępotēteſq; Burgūdię duces CAROLVS & PHILIPPVS, Regni Frācię terrores & fulmina, Proauus et Attauꝰ Regis noſtri? Quoties Inuictiſſimꝰ īmo victoriosiſſimus Hiſpaniarꝫ Rex FERDINANDVS auus eius maternus? qui Mahumeti ſatellites nō modo in Hiſpanijs, ſed & in Aphrica ſæpe vicit, proſtrauit, & nō modo caſtris, verūetiā totis regnis auitiſq; poſſeſſionibus exuit & eliminauit. Huius nomē, pietatē,

tatē,animū,prudentiā,acrimoniā cunctaſq; ꝟtutes reliquas perfectiſſima tranſfuſione refert retinetq; Rex noſter,Cur ergo nō referat eandē de eiſdē hoſtibus victoriæ fœlicitatē? Quos igitur ille vicit in Occiduis partib⁹ eoſdē vincet,Deo bene iuuāte, Rex noſter in partibus Orientis,Ad hanc em̄ ſpem oīa quadrāt,quęcūq; vel diuinis oraculis vl' humanis pręſidijs victoriā promittere poſſunt. Siquid aliud(quod abſit) euenerit,nullā profecto cauſam irati numinis aliā præcogitare poſſū,niſi Anathema Luthericū,ſi forte hęretica peſte pollutus in florentiſſimo exercitu ſeu dux ſeu miles,fortunatiſſimo Regi v ctoriæ curſum præpediat.

QVANTA PRO REGE FERD apud Deū interceſſio CAP XXX

ORA,Meliora tamen iuſta ſpe pręcari lice quia apud Clementiſſimū Deū p̄pōdera iuſticia cauſæ,pietatiſq; & innocentia Reg qui contra impiū hoſtē nullo ꝓrſus iure bel lantē,ſumma ꝟtute ac pietate ſeſe tantis laboribus & impenſis,tam numeroſo ac for exercitui opponit: pro patria, pro vxore & liberis nobiliſſimis,ꝓ ſubditorū vita ſubſtā

tia & ſalutē, deniq; pro fide religioneq; Chri
ſtiana & ꝑ cultu & gloria ipſi⁹ Chriſti pug-
naturus. His tantis ipſius ỽtutibus, quas v-
tiq; Deus odiſſe non poteſt, accedit multi-
plex pioꝝ ad Deū ſupplicatio, quę quotidie
fit pro illo tum publice tū priuatim, Quod ſi
vnus Moyſes, non ferro, ſed pręcibus ſanctis
ith. orando deiecit Amalech, confidentē in ỽtu-
te ſua, & in clypeis curribuſq; & ęqtibus ſu-
is, Bene ſperandū eſt nobis ex certiſſimis di-
uinæ ſcripturę oraculis, ꝙ idē De⁹, qui Mo-
yſen exaudiuit, tot populoꝝ vnanimes prę-
ces pro Rege tā pio & caſto contra hoſtes,
ſq; adeo impios & impuros, non ſpernet,
d pie pro ſua clementia ac īmenſa bonitate
xaudiet. Iuxta eſt em̄ Dn̄s his qui tribulato
t corde, & hūiles ſpiritu ſaluabit. Si ergo
ultū valet vnius iuſti deprecatio aſſidua,
non valet, quęſo, deprecatio multorū?
Quāuis em̄ ad Deū cōparati, iuſti non ſum⁹
d peccatores, Ad Turcas tn̄ collati, & ſan-
i & iuſti ſum⁹, Sancti, qa fide purificati &
p ctis Eccleſię ſacramentis ſanctificati: Iu-
ſti quoq;, non modo qa iuſtificati fide quę ꝑ
dilectionē operatur, verūetiā quia iuſte vim
repel-

repellimus, & pro vita fide religione ſaluteꝗ́ noſtra & pro gloria Chri laudeꝗ́ Dei pugnam⁹. Quid hoꝝ queſo de Turca vere dici poteſt? Adde, ꝗ pro Rege noſtro iugiter ꝗ̃ intercedunt in cœlo tũ omes, Angeli & Electi Dei coiter, tũ peculiarit ſanctiſſimi Maiores eius, quoꝝ magna pars ſimili olim pietate contra Turcas arma exercuit. Ad quos ſane Deus dicere non poteſt, Iniquitates veſtræ diuidũt inter me & vos, & peccata veſtra abſcondunt faciẽ meã a vobis, ne exaudiã. In cælo em̃ nulla ſunt amplius peccata, nihil eſt ibi coinquinatũ. Quis autẽ ſanctoꝝ oret pro Turca ſic impio, impuro & ſupbo?

Eſa. 59.

## LVTHERVM TVRCAE SIMILLImũ eſſe. CAP. XXXVI.

ORA Cæterũ, ꝗ cauillaris ꝓ Luthero tu Principes noſtros, quia tractent Spiræ, quomodo Lutherũ ac Euangeliũ vexent, ꝗ ille ſit Turca, nõ admodũ iuſte facis, imo iniquiſſime obringis & perſtringis, Nã de Luthero ſũma ac pręcipua diligẽtia tractare nẽtur, tanꝗ́ de grauiſſimo & religionis noſtrę & publícę pacis perturbatore, Turcæꝗ́ ꝑ oia ſimillimo, Quid em̃ facit Turca, quod non

nō velit, doceatq; ac probet Luther⁹? PAL.
Longe abſit hoc a Luthero, Euãgeliſta Sa-
xoniæ, Turca em̄ non ſolū diſpdit prouinci-
as, vxoreſq; ac liberos violat & occidit, Ve-
rūetiā iura prouīciaꝝ, cultū Dei oēmq; ordi-
natione bonā tollit. Quid horū vult docet-
ve aut probat Lutherus? ORA. Rogas? an
ignoras qualia ipſemet paulo ante cōfeſſus
eſt, atq; etiā iactitauit? Et ſi negaret verbis,
facta ipſa loquuntur, Quid em̄ his iā ſex aut
octo annis aliud fecerunt Lutherani, q̄ qd'
ſolēt Turcę? Vaſtare tēpla & Monaſteria,
Diripere aurea & argentea Eccleſiarū vaſa,
Prophanare ſacr̄s veſtes, Exterminare p̄ſby-
teros & Monachos, Cōſtuprare ſacras ꝟgi-
nes, Ridere nr̄as Cerimonias, Abolere miſ-
ſas & ſacrificia, Demoliri ſacra tū altaria, tū
baptiſteria et ciboria, Dānare caſtitatis et o-
bedietię vota, Illudere Papę & Ep̄is, Perfri-
gere crucifixi ſtatuas, Abradere diuoꝝ ima-
gines, Abrogare leges hūanas, Prohibere ho-
ras Caōnicas, Cōflare ęs cāpanū, Laudatas
immutare aut penitus abdicare cōſuetudines,
Breuit̄ omnē ordinationē bonā tollere, ma-
lā in locū ſubrogare. Habes nūc? Merito igi-
tur

tur debent Principes,non min⁹ accurate de
Luthero ꝙ de Turca in Comicijs tractare,
imo de Luthero magis,Quid ita? Quia do=
meſticus hoſtis plus nocet ꝙ externus,& lõ
ge atrotius inuehitur ac deteſtatur ſacra &
myſteria noſtra Lutherus ꝙ Turca, vt po=
te ijs initiatus ac aliquãdiu exercitatus, quæ
Turca penit⁹ ignorat, PAL. At ſacra & re= In ... de b... contr... Turcas
ligionis fideiq́ negocia ad ſæculares Princi=
pes non ſpectant,vt dixi.ORA.Non? vnde
hoc ſcis? At longe aliter docuit ipſe Luthe=
rus,ꝗuis ſiniſtra & ſeditioſa intentione, di= J ad...
cens ad Nobiles Germanię. Quũ igitur ſæ=
cularis poteſtas,æqualiter nobiſcũ baptiza
ta ſit,habeatq́ eandẽ fidẽ ac idẽ Euangeliũ
oportet nos admittere, eos eſſe preſbytero
& Epõs,eorũq́ officiũ cenſere,tanꝗ offic
qđ ptinet atq́ cõducit cõmunitati Chriãi
Quicqd ẽm e baptiſmo proſerpſit,id glo
poteſt,ſe eſſe iã preſbyteꝝ,Epm,Papã cõ
cratũ,ꝗꝗ non cuilibet cõuenit, eiuſmodi
ficiũ exercere, Hæc & id genus plurima in
odiũ Cleri pro laicis dixit iã olim tu⁹ ipſe Lu
therus,licet contrariũ ꝗq́ perſępe ſcripſer
Nã quũ ſibijpſi in hunc modũ obiecifſet.S..

cularis poteſtas non cogit ad credendũ, ſed externe dũtaxat prohibet,ne hoĩes falſa doctrina ſeducantur,Quomodo em̃ aliter poſſint coerceri hęretici? Reſpondit in hęc ꝟba Hoc facere debent Ep̃i,quibus tale officiũ ẽ cõmiſſum,& non Principibus, Hæreſis em̃ vi prohiberi nunꝙ poteſt,Hec alibi.Quoties vero rurſus negauit, id ad Ep̃os ptĩnere? Quoties negauit eos oĩno ſacerdotes aut Ep̃os eſſe? Quoties eos voluit radicitus exterminari? Sed non magnopere attendo aut expendo,qd affirmet ac neget mobilis arũdo iſta.

lib. abro m. miſ ꝰ um

## DE PRINCIPVM CONTRA Hæreticos officio CAP.XXXVII

ORA Referã igĩ tibi potiꝰ, quid Beatiſſi-us pater Auguſtinus hac de re ſenſerit, & id cũ eo tota per orbẽ Eccleſia ſupra Mil-annos adhuc hodie ſentit.Quomodo Re-s (inqt) ſeruiũt Dño in timore,niſi ea, quæ contra iuſſa Dñi fiunt,religioſa ſeueritate ꝓhibendo atꝙ plectendo? Aliter em̃ ſeruit qa homo ẽ,aliter quia etiã & Rex eſt.Quia hõ eſt,ei ſeruit viuendo fideliter: Quia ꝟo etiã Rex eſt,ſeruit,leges iuſta pręcipientes,& cõ

tra

traria prohibentes,conuenienti vigore
tiendo,Et paulo poſt. Poſtea vero ꝙ cœp
impleri,quod ſcriptũ eſt,Et adorabũt eũ oẽs
reges terrę,omẽs gentes ſeruiẽt illi,Quis mẽ
te ſobrius dicat Regib⁹,Nolite curare in re=
gno veſtro,a quo tueatur vel oppugnet̃ ec=
cleſia Dñi veſtri,non ad vos pertineat in reg
no veſtro,quis velit eẽ ſiue religioſ⁹ ſiue ſa=
crilegus? Quib⁹ dici non poteſt,non ad vos
pertineat in regno veſtro,Quis velit pudic⁹
eſſe,qs impudicus. Cur em̃, quũ datũ ſit di=
uinitus homini liberũ arbitriũ,adulteria legi
bus pnniantur, & ſacrilegia permittantur?
An fidẽ non ſeruare leui⁹ eſt,animã Deo,quã
fœminã viro? Et iterũ. Quis nos poteſt ar
plius amare ꝙ Chr̃us, qui anĩam ſuã poſ
pro ouibus ſuis? Et tamẽ quũ Petrũ & a
Apoſtolos ſolo verbo vocaſſet,Paulũ p
Saulũ,eccleſiæ ſuę poſtea magnũ ędific
rẽ,ſed horrendũ antea vaſtatorẽ,non ſo
voce cõpeſcuit,verũetiã poteſtate proſtr
uit. Vbi eſt,quod iſti clamare conſueueru
liberũ eſt credere vel non credere? Cui vi
intulit Chr̃us? Quẽ coegit? Ecce hñt Pa
lum Apoſtolũ,agnoſcant in eo prius coge

cular Chriſtũ, & poſtea docentẽ; prius ferien
em, & poſtea conſolantẽ. Mirũ eſt a... q-
modo ille, qui pœna corporis ad Euangeliũ
coactus intrauit, plus illis oĩbus, qui ſolo ṽ-
bo vocati ſunt, in Euangelio laborauit. Et
quẽ maior timor cõpulit ad Charitatẽ, eius
perfecta charitas foras mittit timorem. Cur
ergo non cogeret Eccleſia perditos filios vt
redirẽt, ſi perditi filij coegerũt alios vt peri-
xiiij rent? Vnde & iṗe Dñs ad magnã cœnã ſu-
am, prius adduci iubet conuiuas, poſteá co-
gi. Quapropter ſi per poteſtatẽ; quã per re-
ligionẽ, ac fidẽ Regũ, tẽpore quo debuit, di-
uino munere accepit Eccleſia, hi qui inueni-
ıtur in vijs & in ſepibus, id eſt in hæreſib⁹
ſchiſmatibus, coguntur intrare; non quia
runt reprehẽdant, ſed q̃ cogant attendãt.
c & id genus plurima B. Aug. in prolixa
udita Epiſtola quadã ad Bonifaciũ Co-
, Cuius initiũ eſt, Laudo & gratulor, &
miror, fili dilectiſſime Bonifaci, q̄ inter cu
s bellorꝝ & armorũ, vehementer deſyde-
s e a noſſe quę Dei ſunt, Vere hinc te appa
t etiã de ipſa ṽtute militari, fideiq; ſeruire,
uã habes in Chriſto &c̃. Ex his itaq; intel-
ligis

ſigis iam,opinor,Palinode,q̃ inique cau
ris in Principes noſtros, quos iniurioſiſſim e
infidelia ſubditorũ ſuorũ Capita vocas,pro=
pter hoc maxime,quod Lutheri quoq; cau=
ſam in Comitijs tractant,Nam & fidei nego
ciũ ad Principes Chriſtianos pertinet,quum
fides ſit vniuerſalis & in oĩbus communis
Chriſtianis,& Lutheri cauſa non eſt ſolum=
modo Eccleſiaſtica, verũetiã Ciuilis, immo
& criminalis,atq; adeo & Capitalis,quæ tot
ſacrilegijs,cædibus & ſeditionibus publicæ
cõmiſſis noxia eſt & infamis,ac lęſę q̊q; ma
ieſtatis maxime rea.PAL. Age, miſſam fa=
ciamus cauſam Lutheri , ac cœptũ de bello
Turcico ꝓſequamur potius,colloquium.

LVTHERANOS QVOSDAM MA=
gis Turcã q̃ Cæſarem amare
CAPVT XXXVIII

PAL.Audio equidem q̊ſdã reperiri in Ge
manis,qui Turcæ & aduentũ & regimẽ de=
ſyderant,tanq̃ ij qui lubentius ſub Turca q̃
ſub Cæſare aut Principibus eſſe vellent,Cũ
huiuſmodi profecto hoĩbus periculoſe pug
naretur contra Turcã.Contra hos nihil eq=
dem noui cõſulere melius,niſi vt Paſtores et

oncionatores moneant,vt in contionibus diligenter inſtent,doceãtq́ fideliter eiuſmo= di hoĩes, atq́ pericula iniquitateſq́ eoꝝ ob oculos ponant,q́ grauiũ & quidẽ innume= rorũ illi ſe peccatoꝝ participes faciant,ac co ram Déo grauent,ſi in eiuſmodi ſentẽtia de= lib. nobi= tatem Germa= niae. c. xv. prehendant.ORA.Hoc tu nunc primũ au= dis? At nouẽ iam anni p̃terierunt, ex eo die quo Lutherus tuus publicis ſcriptis plurimũ & Turcę regimen laudabat,velut oĩm pul= cherrimũ,& noſtroꝝ regimen ita vitupera= bat,vt nullius turpius eſſe diceret.Ex eo igi= tur tẽpore multæ ſunt in populo exauditæ voces eoꝝ,qui Turcę aduentũ aut nõ time= rent,aut deſyderarent etiã,muſſitantes apud ſeſe,tolerabilius eſſe iugũ ſub Turca q́ ſub Principibus noſtris, idq́ ob neſcio quas ra= iones,de quibus melius eſt tacere q́ loqui ..c tẽpore,ne male credula plebs veras eſſe pronunciet,ijs pruritũ addebant aliqui mer= catores,a raptorib⁹ vim aut damnũ aliquã= do paſſi,quaſi apud Turcas nulli ſint rapto= res.Afferebant & noui Euangeliſtę rebelli= onis offam,frigidãq́ ſuffundebant, Turcæ militiã,arma,militẽq́ exercitatiſſimũ p̃dicã=

tes,

tes, Irrutebat deniq; pleno furore Luther⁹ ... lã ſcribẽs, Turcã decies probiorẽ & pr... tiorẽ eſſe principib⁹ noſtris, Addenſq; id ... nus plura, hortabatur populũ, ne quis iret in militiã cõtra Turcã, Aut cõtra eum aliquid contribueret, ſed oraret potius, vt nos Deus ab his malis fatuiſq; principibus noſtris liberaret, alioſq; nobis regentes daret, Ne mireris igitur, ſi nunc reperiant̃ aliqui apud nos, qui ſimilia dicãt⁹, Nam quinq; iam annis iſta Lutheri verba per oẽs ferme angulos Germaniæ circũlata ſunt, hic palam, illic clanculũ, Palam eñ non vbiq; licuit vel legere vel circumferre.

## LVTHERVM ESSE AVTOREM multorꝶ periuriorũ CAP XXXIX

PAL. Quicũq; vero talia aut dicũt aut ſcr... bunt, grauiſſime ꝓfecto peccant, Primũ, ... fidi fiunt & periuri ſuperioribus ſuis, qui... & iurauerunt & ſtipulatã fidẽ dederũt, ... ſane corã Deo grãde peccatũ eſt, quod impunitũ non manet. Propter eiuſmodi eñ ꝑiuriũ miſerabiliter perire oportuit bonũ Regẽ Zedekiam, ꝙ iuramentũ ethnico Imperatori Babylonis ꝓſtitũ non ſeruabnt, Putãt for=

…itan huiuſmodi hoĩes aut exiſtimãt apđ …n poteſtate ac arbitrio ſuo eẽ,ab vno do…no ad alterũ ſe tranſferre. Atq; ita agunt, perinde ac ſi liberi in hoc eſſent ,ad faciendũ & omittendũ quicqd velint, Obliuiſcentes ac minime cogitãtes p̃ceptũ Dei ſuũq; iuramentũ,quo aſtricti ac obligati ſunt ,vt obedientes permaneãt, donec vi ab eo depellãtur, aut ſup̱ illud interficiant̃. Quẽadmodũ & Ruſtici in ſeditiõe proxima p̃ſumebant, & propter hoc interficiebant̃.Nam ſicut q̇s ſeipſum interficere nõ debet, ſed pati, ſi vi p̱ aliũ interficiatur,Ita nemo ſeipſum ab obedientia et iuramẽto auertere debet,niſi per alios ſiue vi ſiue fauore & licentia ab ea remoueatur.ORA. Verꝝ dicis Palinode, Vtinã vere Lutherꝰ tuus talia vel dixiſſet vel ſcripſiſſet quando de votis agebat iudiciũq; ęde…ę Monaſticis,Quot eñ peccata,quot ſcã…la,quot ſcelera,tũ Monachoꝝ tũ Monia…iũ …erfide apoſtatantiũ repreſſa , aut omiſſa fu…ent,quibus nunc fœdiſſime polluta ſordet bona pars Germaniæ? Quũ autẽ vario & rationũ & ſcripturaꝝ p̃textu ꝓbaret, vota illa aduerſari verbo Dei ,repugnare fidei,

Chriſt-

Chriſtianę libertati &c. effecit, vt nō ſolum vltro apoſtatauerīt plurimi, verūetiā vt plęriq; Laicoꝝ aut vi aut varijs perſuaſionibus liberos & cognatos ſuos, īmo quaſlibet vtriuſq; ſexus perſonas e Monaſterijs abſtraxerint, calcata fide tū Deo tū hoībus præſtita, Ex eo deinceps libertatis Chriſtianæ ꝑtextu, didicerūt & ruſtici, obediētiæ iugū excutere, ſua contēnere iuramenta, pręſtitū fallere iuſiurādū, fidelitatis ꝓmiſſum infidelit̄ temerare. Quid mirū? ſi em̄ Deo ꝓmiſſam fidē violare liceat, cur hoī non liceat? Nunqd minor eſt hoīe Deꝰ? Sed reuera neutrū licet Si em̄ honeſtas & æquitas naturalis, Paganorū quoq; teſtimonio, exigit, vt que ſemel pl cuerunt inter hoīes, bona fide ſeruent̄, qu to magis ſeruari debēt Deo & ſuperiori Ait em̄ ſapiens. Si quid voueris Deo, ne reris reddere, Diſplicet em̄ Deo infideli ſtulta promiſſio, ſed quodcūq; vouetis dite, multoq; melius eſt non vouere, q̄ꝫ po votum promiſſa non reddere. Et lex diuina. Qū votū (inqt) voueris Dn̄o Deo tuo nō tardabis reddere, quia requiret illud Dn̄s deus tuꝰ &c. Quod ſi priuata Deo promiſſa

vota

vota bona fide reddenda ſunt,quanto ma-
gis vota ſolemnia , publica ſtipulatione fir-
mata,ac legitima vtriuſq; poteſtatis autori-
tate roborata,inuiolata fide ſanctiſſime ſer-
uari debent? Quanto em̄ maior eſt quolibet
hoīe Deus, tanto grauius eſt peccatū , Deo
q̄ hoī fallere fidē. Recte igit̃ dicis . Sicut nō
licet cuipiā,interficere ſeipſum ,ita non licet,
ſeipſum ab obedientia & iurameuto prȩſti-
to auertere. PAL. Talia debēt Cōcionato-
res populo bene ac diligēter inculcare, ſicut
ipſorū officiū facere eos cogit. Qui em̄ ſpō-
te a Dño ſuo declinat, ad Turcā tranſiens,is
nūq̄ bona cōſciētia ſub Turca manere po-
teſt,Sed ſemp̄ dicet ei cor ſuū,atq; ita argu-
et. En ſuperiori tuo factus es perfidus,debi-
tamq; obedientiā ei ſubtraxiſti ac ſuo illum
iure atq; poteſtate ſpoliaſti,Iam nullū pec
catum remitti poteſt,niſi furto ablatum re-
uocatum , Quomodo autē reſtitues te Dño
ſuo,quando ſub Turca es,ac reſtituere non
deberes? Atq; ita oportebit te corpore eē illic ,
& corde autē & conſcientia deſyderare huc re-
dire. Quid ergo lucratus es? cur nō pri⁹ hic
remanes? ORA. Recte quidē mones, Pali-
nodæ

nodę, ſed ſero, Quot n. Apoſtatarꝝ interim ꝑ VIII. aut IX. annos perierunt in deſperatiõe ſua, aliȷ naturali, aliȷ violēta morte abſũpti?

# QVID VERMIS CONSCIENCIAE dicat Luthero. CAPVT XL.

ORA. Faxit autẽ Deꝰ, vt qui adhuc reſiduĩ ſunt, hæc tua verba accuratius expendant, Id quod Luthero tuo præ omnibus maxĩe neceſſarium eſſet, vt ita ſecum cogitaret, En Luthere factus es perfidus, non ſolũ ſuperioribꝰ tuis, Papæ, Epiſcopo Ordinaꝛ̊o, Prouinciali ac Priori tuo, quibus obediẽtiã ꝑpetuã ſtipulata manu iuraſti, verũ etiã Deo ipſi, cui vltro, nemine cogẽte leuatis ad cœlũ digitis, publice ſolemni voto, cõceptis ꝟbis, ſanctiſſimo iureiurando vouiſti ac data fide promiſiſti, obedientiã, caſtitatẽ ac pau pertatẽ, Hæc oĩa & Deo & ſuperioribu tuis propria temeritate abſtuliſti, teq; alie Dño addixiſti, Ais eñ Cæſarẽ (cui tñ in bediens perperuo exiſtes) & Ducẽ Saxonię Ioannem Electorẽ eſſe dñm tuum, Et quod longe grauius eſt, Nonnæ cuidam, ſimiliter perfidæ, tete mancipaſti ſacrilego connubio non ſolum contra præſtitam iuratamq; fidẽ

Deo

Deo ſuperioribuſq; tuis pertinaciter inobe-
diens, ſed & grauiſſimã Deo iniuriã faciens,
dũ nefaria fornicatione polluis ſponſam eius
quę ei ſolemni ritu publice deſponſata con-
ſecrataq; fuit, & in ſuperiores tuos cũcta cõ-
uiciorũ calũniarũq; genera publice corã om-
ni populo euomis, Hæc peccata tibi remitti
nõ poſſunt, niſi ablata reſtituas, Subtrahe te
igitur Nõnę ac ſęculari dominio, ac redde te
Deo ſuperiobuſq; tuis, ſicut iuraſti ac bona
fide pact9 es. Quid putas Palinode? An ſug
gerit hæc aliquando cõſcientia eius? ſugge-
rit quidẽ, quia vermis eius non moritur, ſed
abſq; fructu, quod vereor, Quia Paulus ait,
hoĩem hæreticũ poſt vnã & alterã correpti-
onem ſubuerſum iam eſſe ac proprio iudicio
condemnatũ, In tã profundũ em̃ deſperatio-
nis barathrũ delapſus ẽ miſer, vt ſcribere nõ
queat, Quãuis magnus grauis turpiſq; pec
cator fuerit, iuuentamq; ſuã dãnabiliter cõ-
ſumpſerit ac perdiderit, Maxima tamẽ pec-
cata ſua hæc eſſe, q tam ſanctus fuerit Mo-
nachus, ac tot Miſſis ſupra. XV. annos dñm
ſuum tam atrociter offenderit martyrioq; ac
plagis affecerit.

QVANTIS

# QVANTIS PECCATIS OBNOxij fiant Tranſfugæ noſtri.

## CAPVT. XLI.

PAL. Dimittamus queſo Lutherum, vt ꝓpoſitū noſtrū expeditius proſequamur. Perpendamus igitur, ꝙ horrenda peccata committunt huiuſmodi deſertores, & tranſfugæ perfidi, & periuri, qui ſua tranſitione participes ſe faciunt om̄is abominationis, & nequiciæ Turcarum. Qui em̄ ſponte Turcis ſe ſubijcit, is reddit ſe illoꝝ ſociū ac participem oīm eoꝝ factorū, At ſupra audiuimus, qualis vir Turca ſit, Nempe vaſtator, hoſtis & blaſphemator Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, ac Euāgelij fideiꝙ loco turpem ſuū Mahomet oēꝙ mendaciū erigens, Adhęc, oēm pote tem ſęculare, domeſticāꝙ diſciplinā & trimoniū deuaſtans, Cuius bella nihil al ſunt ꝙ homicidia ſanguiniſꝙ effuſio, ta veri inſtrumenti Diaboli. En eiuſmodi h rendaꝝ abominationū participē fieri op tet eū, qui ſeipſum Turcis aſſociat, venie ſuper caput ei⁹ om̄e homicidium cunct ſanguis, quē Turca vnꝙ effudit, Om̄is it iniquitas & mendaciū, quo Chriſti regnu

 deuaſta-

deuaſtat,animaſq; ſeducit.ORA. Vera ſunt
ꝫc oĩa,perge in hunc modũ.PAL. Hoc q̊ꝫ
per Prædicatores debet huiuſmodi hoĩbus
inculcari,Quanq̃ ſubijciunt ſe Turcę, neq;
tamẽ pro ſe ipſis q̊q; meli⁹ per hoc habẽt,&
longe fallet eos ſpes conſiliũq; ĩporum.Mos
em̃ Turcę eſt,ꝙ oẽs qui aliquid ſunt aut ha-
bent,permanere non ſinit in eo loco vbi ha-
bitant, ſed tranſfert eos ꝓcul in aliam retro
regionẽ:Vbi venduntur ac ſeruire cogunt̃,
Et tũc euenit eis iuxta prouerbiũ, Curre ex
pluuia & cade ĩ aquã,Itẽ Tolle diſcũ,& frã-
ge ſcutellã, Quia ex malo peius fit, Et qui-
ẽ iuſte accidit eis.Turca em̃ verus eſt bel-
tor,qui longe aliter ſcit hoĩes prouinciaſq;
ctare,tum occupando tum retinendo, q̃
ar Regeſq; & Principes noſtri,Eiuſmõi
deſertoribus nec fidit nec credit, habetq;
lementũ vt facere poſſit,neq; ſic indiget
ous vt Principes noſtri,ORA. Hęc q̊q;
a ſunt quę dicis,Turcę em̃ Imperiũ me-
Tyrannis eſt.Nam ſerui ſunt Turcę oẽs,
cõſilio,autoritatę,armis p̃ſtãtiſſimi,Sol⁹
uſq; Tyrannus in tam immenſo Imperio
incta ſibi poſſidet,cęteros oẽs,quẽq; ꝓ dig
nitate

nitate & merito ſtipendijs alens.

EXHORTATIO CAESARIS AD bellum contra Turcas CAPVT. XLII.

PAL. Quicquid igitur Cæſar pro ſuis contra Turcã facere poteſt, id facere debet, vt ſi eiuſmodi abominationem non penit⁹ poſſit cõpeſcere, ſtudeat tamẽ prohibere ac reſiſtere quantũ poteſt, ad defendendos conſeruandoſq; ſubditos ſuos. Ad quã ſane defenſionẽ Cęſarẽ permouere debet, non ſolũ debita fides officiũq; ſuũ ac preceptũ Dei, non ſolũ impiũ ac barbarũ regimẽ, quod in prouincias affert ac inuehit Turca, de quo ſupra dictũ eſt, verũetiã calamitas & miſeria quę ſubditis contigit, Quod ꝓcul dubio i longe melius ſciunt q̃ ego, q̃ crudeliter a Turca cum ijs q̃s captiuos abducit, ac v pecora pertrahit, protrudit, agitat, qcqd c rere poteſt, Quicquid autẽ non poteſt v mox interficit, ſiue puer ſit ſiue ſenex. & Quę ſane oĩa & id genus plura, merito mouere deberẽt cũctos pricipes totũq; periũ ad cõmiſerationẽ, vt proprias inter cauſas & lites aliquantulũ obliuiſcerẽtur aut

quieſcere ſinerent,atq; hic toto conatu con=
corditer miſeros iuuarent,Ne plene contin=
gat nobis, quod Conſtantinopoli Græcięq;
contigit,Qui tam diu q̊q; litigabant inter ſe
eiuſq; cauſſis intendebant, donec Turca in
eos oẽs pręualuit.Quẽadmodũ & nobis in
ſimili cauſa q̃; proxime appropinquauit. O=
RA.Et his q̊q; aſſentior,perge ſi libet.PAL
His aũt planiſſime dictũ ac teſtatũ volo, me
non fruſtra noĩaſſe Imperatorem CARO=
LVM,eũ virũ,qui contra Turcã belligera=
re debeat.Reliquos Reges,prĩcipes aut Po=
teſtates,qui Imperatorẽ CAROLVM cõ=
ẽnunt,aut ei non ſunt,vel ſubiecti,vel obę=
lientes,ſuo relinquo aduentui, Super meũ
nſiliũ aut exhortationẽ nihil facere debẽt.
o hic Imperatori CAROLO eiuſq; ſub=
ſcripſi,alij ad me nihil ptinẽt.Bñ .n .no=
ſuperbiã quorundã Regũ,ac Principum
libenter vellent,vt nihil eſſet Imperator
rolus, Ipſi vero eſſent Heroes,& Magñi,
cõtra Turcam conſequerent̃ honorem,
norẽ quidẽ ipſis valde bene faueo,Si ꝟo
per hoc profligati fuerint, id ſibi acceptũ
ferant,Cur non coniungũt ſe cũ hũilitate ad
verũ

vera Caput ordinatãq; Poteſtatẽ?Seditio in Ruſticis quidẽ punita eſt. Si autẽ in princi= pibus q̊q; & dñis puniri deberet ſeditio, ar= bitror equidẽ, admodũ paucos Principes & dños remãſuros eſſe. Det igit̃ Deus, vt Tur= ca non fiat magiſter ad huiuſmodi pœnam ſumendã, Amen. ORA. Hæc quo anio di= cas neſcio, Tu videris, q̃ iuſte grauiſſimũ ſe= ditionis crimẽ Principibus vſq; adeo gene= raliter imputes. PAL. Conſiliũ meũ eſt, O= rator, apparatũ belli contra Turcã non tam leuem proponi, noſtroſq; Germanos miſe= ros non tradi carnificinę. Si nolunt efficaci= ter manu egregia reſiſtere, quæ habeat ſup plementũ, multo melius foret, bellũ prorſu non incipere, ac Turcę terras & hoĩes al inutili ſanguinis effuſione tẽpeſtiue, in ſeſſionẽ tradere, q̃ illũ tam leui prelio tu q; cæde aſſequi victoriã, Queadmodũ f eſt in Hungaria cũ Rege Ludouico. contra Turcã pugnare, non eſt, ſicut pi re cõtra Regẽ Francię, aut cõtra Ve aut contra Papã, ipſe alius eſt bellator, & populũ & pecuniã in copia, Soltanũ vn atq; altero prelio bis ꝓfligauit, ad quod ſan

 ingen-

ingens populus requiritur. Bone vir, populus ei⁹ ſedet quotidie in apparatu belli, vt cito colligere poſſit. CCC. aut CCCC. Milia hoı̄m, Si occiderent ei centum Milia hoı̄m, mox adeſſet rurſus cū totidem, habetq́ʒ ſupplementum.

## DESPERATVM LVTHERI CONſiliū de tradendis Turcæ & terris & hominibus CAP. XLIIII.

ORA. Vellem & ego Palinode, vt Imperij Principes, Comites, Barones et Ciuitates q́ʒ validiſſimis copijs Regi noſtro contra Turcā ſubuenirent, Quod & facturos ſperamus Nihil em̄ p̄termiſit Rex noſter tum per ſe, tū er Oratores ſuos, quod ad cōquirēda Re- n Principūq́ʒ & alioꝝ Proceꝝ ac Ciuita- txilia pertinet, Nequis poſſit ei iuſte obij vel temeritatem, & p̄ſumptionē nimiæ oprijs viribus confidentiæ, vel negligē- ontemptū hoſtis vſq́ʒ adeo & poten- in bellis exercitati. Quid autē, ſi cæte- tuibus petit, iuſta auxilia nō conferant: uid ob id mox deſperet, ſuoſq́ʒ ſubdi- s cū tot ſimul nobiliſſimis Regnis & proincijs, q̄bus pręfecit eū Deus, in man⁹ impij Tur-

pij Turcæ tradat? Abſit, Scit em̄ manū Dn̄i nō eē abbreuiatam, vt ſaluare nequeat, Scit Gedeoni a Deo dictū fuiſſe, Multus tecum eſt populus, nec tradetur Madia[illegible] manus eius, ne glorietur contra me Iſrael, [illegible] dicat, meis viribus liberatus ſum, Scit ab egregio Iuuene, Saul Regis filio, Ionatha re[illegible] dictū eē, Quia non eſt difficile Dn̄o ſaluare vel in mſtis vł in paucis, Scit deniq; ab inſigni bellatore, Iuda Machabęo, magna fiducia dictū facile eſt cōcludi multos in manu paucorū, & nō eſt differentia in conſpectu De[i] cœli, liberare in multis & in paucis. Quoni[am] non in multitudine exercit⁹ victoria belli [se]d de cœlo fortitudo eſt. Nō ſequet̃ igit̃ R[e]x noſter deſperatū conſiliū tuū, etiā ſi nul[lus] R[e]gum & principū (tametſi meliora ſpe[illegible] vllū cōferret auxiliū contra Turcā, [illegible] ob id turpi deſperatione & ſe & regn[illegible] uinciaſq; ſuas, anteq̃ conſerat cū ho[illegible] nus, tradat impotēti ac impio Tyr[illegible] non ignoret eoſdē hoſtes antea ſæp[illegible] eſſe ab Hunniade & rege Mathia, qu[i] ſo pręerant Hungaris.

Iu.
t
ri
i.
a

MAIORES ESSE VICTORI[illegible]

res geſtas Cæſaris noſtri ꝙ̃ Turcæ.

## CAPVT XLIIII

ORA. Cęterũ, ꝙ præ Turcę potentia tam paru facis vires Regis Franciæ & Venetorũ, neſcio qua mente dixeris, an vt animũ Turcę cõtra nos augeas, An vt gloriã Imperatoris noſtri diuturnũ cũ his bellũ gerẽtis, minuas, ne videant vſq; adeo præclare, eius victorię per tot prelia, quib⁹ illos vicit, Frncorũq; Regẽ captiuũ obtinuit, Quãti queſo facturus eſſes Turcã, ſi cõtra hos hoſte, vſq; adeo inſtructos, potentes, opulento & exercitatos, intra paucos annos tot ac tam inſignes (quod Deus perpetuo auertat) ... uiſſet victorias? At dices, Turca cępit ...trea Taurinũ, cepit Rhodũ, fudit Regem ...louicũ, Fateor, ſed his lõge maiora fecit ...iſſim⁹ Imperator noſter, Etẽ, vt plu... taceã, quę glorioſis victorijs peregit in ...is, in Hiſpanis, in Aphricæ oris, in exte...c longiſſime diſtantibus Inſulis, in ſola ...lia decuplo maiora cum oĩm admiratiõe ...liciter confecit, Niſi forte vane cõtendas, ...pidũ haud ita ſpacioſum, maius eſſe Mediolano vrbe populoſiſſima, & Rhodõ vrbem

bem Equitũ S.Ioannis ampliorẽ Roma an-
tiqua rerũ dña,ac Regẽ Hungarię, Ludoui-
cũ,iuuenẽ,ac modicis copijs inſtructũ, atq;
a ſuis,partim deſertũ,partim proditũ, magis
fuiſſe formidabilẽ,q̃ Regẽ Franciȩ Franciſ-
cũ,tot bellis exercitatũ, tantis copijs muni-
tũ,tot Cataphractis Tormentiſq; terribiliter
inſtructũ,magnis pterea Venetorũ Helue-
tiorũq; (vt alios Italiæ potentatus partis ei⁹
taceam) auxilijs adiutũ,Hunc autẽ talem ac
tantũ Imperator noſter cepit viuũ in prȩlio
exercitũ eius non ſemel fudit,caſtris ſȩpe ex
uit,totaq; pepulit Italia,reparatũ rurſuſq; re-
deuntem,iterũ fudit,iterũ pepulit,Cȩpit prȩ
terea maximas populoſiſſimaſq; Italiȩ vrbe,
Mediolanũ,Genuam,Romam,Quid ſimi
hoꝝ fecit Turca quẽ tanti facis?

BARBARICVS FASTVS ET V
na iactantia Turcȩ CAP XL

ORA Ipſe quidem barbarico faſtu ſcrib
Regẽ Regũ & dñm dñantium,quũ ſit in
rim maximus vitioꝝ ſeruus, & de Tau
(quod oppidũ alij Albam Grȩcam voc
gloriat̃ in hunc modũ ad magnũ Magil
Rhodi. Gaude (inquit) amice & gratular

 mih

mihi victoriã & triumphũ, Taurinũ totius regiõis vrbe inuictiſſimã & vicinas aliquot arces vi abſtuli,multis mortalibus ferro, & flamma trucidatis,plęriſq; in ſeruitutẽ redactis. Victor & Triũphator dimiſſo exercitu in hyberna regreſſus ſum ad Regiã meã almã vrbẽ Cõſtantinopolim. Vale ex caſtris.

Vide quęſo Palinode improbũ & dolum & faſtũ barbari huius Tyranni. Dolũ inquam, quia amicũ vocat cui bellũ ſummis viribus inferre parabat. Faſtũ vero, quia victoriam Triumphũ ſibi arrogat propter vnã vrbem a ſe captam ac pauculas arces vicinas vi ablatas. Quo rogo iure,quo exemplo id facit? Quis Babyloniorũ,Mœdorũ,Perſarum,aut Macedonũ ob vnã vrbẽ,q̃libet magnã,a ſe ptã,tanto faſtu ſeſe iactauit? vt Barbarus ,qui bello non indicto vrbẽ vnã ex imiſo cepit,cunctis alijs Regni latiſſimi vrꝰ intactis, & mox ſibi triũphũ adſcribit? inquid ita triumpharũt ex tam leui cauſa ęres Romani? Vbi vero ſic iactitat ſe Cę ioſter,qui non vrbẽ vnam aliquã ſubita rſione in confinibus,vt barbarꝰ iſte ceit, ſed multas ac magnas Regiones & inſulas

ſúlas, longiſſime diſtantes a nobis, in altero mũdo, ſub ignoto cœlo ſub aſtris nobis nũꝗ viſis, Imperio ſuo vi armiſqꝫ ſubiugauit, & ad Chriſti agnitionẽ fœliciſſime perduxit. In Italia vero tot ac tãtas fœliciter obtinuit victorias intra paucos annos, vt ſi verũ abſqꝫ inuidia dici queat, nullum ei ſiue veterũ ſiue recẽtiũ vel Ducũ vel Imperatorũ, qui in Italia bella geſſerunt, iure pręferre poſſis. Magnas quidẽ victorias conſecutus eſt de Romanis in Italia vno aut altero anno Hannibal Carthaginenſis. Perſępe tamẽ & victus in ea eſt, a Q. Fabio, a M. Marcello &c. Cũctas ꝟo victorias eius exæquat vel vna clades, quã rependerunt ei Romani, cæſo Haſdrubale fratre eius, & cũ eo. LVI. Milibus Pœnorꝝ internitioni datis, Romã pręterea nunꝗ cepit, ac tãdem poſt. XVI. annos in glorius abire coactus eſt, quũ patriam bel ſuo in ſummũ perduxiſſet diſcrimen. Cæ vero noſter nõ tot annis bellũ in Italia geſ quot Hannibal, ſed multo plures conſecu ẽ victorias ꝗ ille, Nulli hoſtiũ ceſſit, a nu victus eſt, Vrbes pręterea multo plures v cepit ibi ꝗ Hannibal, Quas eñ cepit Hannibal

Tito Liu et P- tarch in vi ta

nibal, vt Cęſari noſtro, vel pręferri, vel etiã conferri debeat, quũ Nolam & Caſilinũ, neqꝫ ꝗꝫ precipua Italiæ oppida, vi capere, quũ diu obſediſſet & eas, quæ vltro ſeſe dediderant, cõſeruare nõ potuerit, Capuã & Tarẽtum vrbes ſane & ampliſſimas & munitiſſimas? Cæſar autẽ noſter nõ modo Capuã & Tarentũ, multaſqꝫ pręterea Italiæ prouincias poſſidet, aſſerit ac defendit, verũetiã maximas vrbes vi cępit, nõ ſane dñandi libidine aut gloriæ deſyderio ductus, ſed iuſtiſſimis Titulis fret⁹ ac hoſtiũ iniurijs laceſſitus. Qđ ſi Hannibalis res geſtę in Italia neqꝫ virtute, neqꝫ gloria pares ſunt glorioſiſſimis victorijs Imperatoris noſtri, Quis quęſo alioꝶ, qui in Italia rẽ bellicã tractauerunt, Cæſari noſtro, non dico iã præferri, ſed æquari ac iure conferri poterit? Quid igit̃ tanti facis Turcam, qũ nos tanto maiorẽ per oĩa habeamus dei nignitate Cæſarẽ?

## NON PARVA VIRTVS EST, REgem Franciæ aut Venetos vincere
## CAPVT XLVI

ORA. At lõge alius eſt (inqs) bellator Turca ꝗꝫ Rex Francię, ꝗꝫ Veneti, ꝗꝫ Papa, fateor,

or,quia non tã bella ꝙ̃ latrocinia gerit Tur-
ca,Illi vero aliter agunt,Papæ autẽ non eſt,
bellatorem,vel profiteri,vel agere,ſed oues
Chr̃i paſcere,Eccleſiã Dei gubernare,Cęte-
rũ Rex Francię tam peritus eſt belloꝝ,tan-
ta ſubnixus potentia,tam valido inſtructus
exercitu,vt vel ſolus poſſit Turcã ijs virib⁹
quibus in Cęſarẽ noſtrũ infœliciter vſus eſt,
fœliciter nõ modo vincere,ſed etiã debella-
re,ſi Deo auſpice ꝓ pietate Chriſtiana, non
ꝓ gloria aut dñandi libidine pugnaret. Ve-
neti quoꝙ ſic ſunt & armis exercitati & opib⁹
atꝙ potentia ſuffulti, vt ante paucos annos
vno eodẽꝙ tẽpore cõtra multos eoſꝙ potẽ-
tiſſimos hoſtes difficilius ſuſtinuerint bellũ,
ꝙ̃ Turca vnꝙ̃ ſuſtinuit,aut ſuſtinere poſſit,
quãdo ſocia illis arma inferebant MAXI-
MILIANVS Imperator, a nullo vnꝙ̃ ho-
ſte impune contemptus,aut laceſſitus [illegible]
Francię LVDOVICVS, Cui vltra [illegible]
ni ſui florentiſſimi vires,Mediolanenſis
Ducatus opes & potentia tum acceſſera-
Rex Catholicus FERDIÑANDVS,Rê
gis noſtri auus, cui vltra multoꝝ in Hiſpa
nijs & Aphricę ora regnoꝝ potentiã, ex ꝓ-
pinquo

pinquo in Venetos parebat ac arma vireſq́;
ſubminiſtrabat pulcherrimũ in Orbe regnũ
Neopolitanũ ſimul cũ tota Silicia, Et cum
his Papa IVLIVS.II. Cui quantę vires fu-
erint, neminẽ latere arbitror. Mihi autẽ cer-
tiſſime perſuadeo, ſi iſti tam graue bellũ ſo-
cijs armis intuliſſent Turcę, potuiſſe Turcã
nõ modo repelli ac vinci, verũetiã e tota Eu
ropa expelli. Si eñ in obſidione Rhodiana
o. ſſõ paulo poſt a paucis B. Ioannis Equitibus (q̊-
a rum nõ affuere. X. Milia) in eas aliqñ redac-
ello tus eſt anguſtias, vt mente conſeruatꝰ, mor-
no. tuo ſimillimus, nihil aliud meditaret̃ q̃ fugã
Quid illi futurũ erat, ſi tantoꝝ Regũ & Iulij
Papę exercitibus vno eodẽq; tẽpore fuiſſet
impeditus? Si vnũ Hũgariæ Regẽ Mathiã
ſuſtinere non potuit, nunq̃d quatuor longe
otentiores vno impetu ſocia arma inferen-
inuiſſet? Vult videri victor & Triũ-
,atq; etiã Rex Regũ (ſi dijs placet) &
ns dñantiũ, q Taurinũ ſubito, bello nõ in
o, cepit: At Belgradũ ceperat prius Rex
Mathias, nõ ex improuiſo, vt iſte, ſed maxi-
mo Turcarũ p̃ſidio cuſtoditũ, Quippe vbi,
XV. Milia Turcaꝝ occidiõe occidit, Quid
ſimile

ſimile ibi perpetrauit Turca vſqꝫ adeo glo= riabundus?

COLLATIO VENETORVM AD Turcã in bello CAP XLVII

ORA. At Venetis (inquies) mltas vrbes & Euboeã Inſulã abſtulit vi Turca? Abſtulit, ſed a Venetis longe diſtantes, ſuiſqꝫ regnis & ꝓuĩcijs proximas, atqꝫ adeo & circũſep= tas. Quas autẽ abſtulit eis in Hiſtria & Ita= lia? Quot deinde clades viciſſim ab eis acce= pit, etiam in intimis regnoꝝ ſuorum viſceri= bus? Quot em̃ intulit claſſe ſua Petrus Mo= cenicus? Quot Benedictus Piſaurius? Quot alij? Nam Dñicus Michael ante annos plus min⁹, CCCC. claſſe. CC. nauiũ ab Iope ve= tuſtiſſima Syriæ vrbe pepulit Saracenorum claſſem quę habebat naues. DCC. cepitqꝫ Tyrum & Aſcalonẽ, quas regno Hiero[so]= lymitano adiecit. Quid tu igit̃ tam parui f[a]= cis potentiã Venetorũ, qui adhuc hodie i[m]= perant clariſſimis Inſulis, Cretæ, & Cypr[o] vt Turcarum prouincijs proxime adia[centibus] ita longe Venetijs diſtent, Quo ergo [Ve]= netos, auſu floccipendis, quos Turca fl[occi]= pendere non audet? Qui & Regem Fr[an]=

Ant[ioch]us [in] bell[o]. Enn[ius] lib ix

Nau[ar]rus Ch[ro] gene[ral] xxxv

ciæ, quem tu prę illo contemnis, contem=
nere minime pręſumit, Scit em̃ Francorum
virtutem ita notã eſſe Orientalibus, Aſiæ,
Syrię, Aegyptiq́ꝫ populis, vt quoſlibet exer=
citus noſtroꝶ Francos nominẽt, etiã ſi Itali,
Hiſpani, Angli aut Germani fuerĩt, Nõ poſ=
ſum igit̃ hæc tua probare dicta, Palinode,
dũ Regẽ Frãcię Venetoſq́ꝫ tam parui facis,
obſcuras em̃ ꝑclaras Cæſaris noſtri victori=
as, & Turcis contra nos animum adijcis.

PAL. Qui mihi nõ credit, eũ ſino experien=
tia diſcere, Probe autẽ ſcio, qualis nã poten=
tia ſit potentia Turcæ, niſi mentiant̃ mihi &
Hiſtorici & Geographi ſimul cũ experimẽ=
to quotidiano, quod mihi nõ faciunt, ſat ſcio

ORA. Neq́ꝫ nos ſane vel contemnimus vel
paruifacim⁹ potentiã eius, quę certe nõ tam
v tute Turcaꝶ, q̃ noſtroꝶ diſſidio ac negli
ntia vſq́ꝫ adeo creuit, Rhodon ꝑfecto ne=
ppugnaſſet neq́ꝫ obtinuiſſet Turca, ſi nõ
iſſent tanta inter noſtros bella, Quam em̃
nẽ vſq́ꝫ, aut vnq́ꝫ obtinuit niſi domeſti=
nalis ruẽte? Ergo nõ tam ꝟtute q̃ occa
fretus, inſidioſus Prædo, ſubito irruit,
per domeſticã noſtroꝶ diſcordiam ſpes
vlla

vlla vel prędę vl' victorię affulſerit, ſiue vllā ſiue nullam belli cauſam habeat, non em̄ curat, quid ius, quid honeſtū, quid decorꝫ ſit, cui non lex, nō ratio, nihil ſancti, nihil penſi eſt, cuius neſcias maior ſit auaricia dn̄andiq; libido an crudelitas & impietas, qui nihil aliud meditatur, q̄ quacūq; occaſione, dolo, inſidijs, improuiſis incurſionibus, vi deniq; a p̲ta, per phas & nephas, dira īmanitate ſuum dilatare imperiū, quod tamē mera Tyrannis eſt & rerū prouinciarūq; vaſtitas. Cęterum vbi noſtrorū vires cōcordia Principūq; cōſenſu adunatas intelligit, ibi magis timet q̄ inuadit, ſcit em̄ a noſtris plęrunq; parua manu ingentē ſuorꝫ exercitū aut fuſum aut fugatū fuiſſe.

OCCASIO TVRCAE CONTRA Hungariā eſt Germanorū diſſenſio CAPVT XLVIII

ORA. Credo itaq;, piū Hungariæ Rege LVDOVICVM per ſolū Germaniæ diſſidiū, quod Luther⁹ tuus inuexit, perijſſe em̄ prædoni huic occaſio fuit inferendi, intelligeret, diſſidentes inter ſeſe Germaniæ Principes & Ciuitates nō affore vel auxilio

vel ſubſidio Regi optimo, cuius iuuenilem ſimplicitatẽ inſidijs ac predæ eo magis patere putabat (vt eſt ſupra ętatẽ aſtutus) quia p̱ exploratores proditoreſq; ſciebat, Hungarię quoq; Proceres aliquot a Rege ſuo animis diſſidere, Nec ignorabat forſitan, Lutherum tuũ ſub illud tẽpus publice ſcripſiſſe, Turcã decies probiorẽ prudẽtiorẽq;, q̈ noſtri ſunt principes, exiſtere, nihil proinde cõtra Turcã vel tribuendũ vel agẽdũ eſſe. Sed & nũc eadẽ fretus occaſione, in Hungariã reducere parat exercitũ, quia ſcit aliquot Hungarorũ magis adulterino q̈ vero & legitimo Regi ſuo fauere, ſcit adhuc perdurare apud Germanos Lutheranũ diſſidiũ, ſcit etiã plures exoreuiſſe ſectas ex illo, ſcit forſitã te quoq; p̱hibere, ne Chriſtiani bellũ gerãt cõtra Turcam. Hæ ſunt v̄tutes, Palinode, quibus cõdit formidabiliſq; fit Turca.

## QVANTA MERITO SIT NOBIS Spes victoriæ pro Rege FERD: CAPVT XLIX

ORA. Nos autem bene ſperam⁹ in Dño, in Dño, in cuius manu ſunt oĩa, illum ſpe ſua lõge fruſtratũ iri. Nã longe alius aliterq; inſtructus

ſtructus occurret ei Rex ꝙ Ludouicus ,qui non ſolũ repellere fugacẽ illius exercitũ, ſed & Tyrannũ ipſum ad extrema cogere po- terit,ſi modo nullum ei fuerit impedimento Anathema Luthericũ,Scio eñ quãto et ex- ercitu & cõmeatu ſeſe paret in occurſum, Scio quãta ſit in eo animi fortitudo & pru- dẽtia, Scio ꝙ peritos rei militaris duces ſecũ habeat, Scio ꝙ fœliciter ac prouide hacten⁹ bella geſſerit,Scio deniqꝫ et fœliciſſimũ Im- peratorẽ noſtrũ,fratrẽ eius, in Italia validiſ- ſimo cũ exercitu,quẽ reliquis ſuis exercitib⁹ victoria adiũget, affore, vt ꝙcelerrime opẽ fratri ferre queat ex Calabrię,Brutiorũqꝫ,& Siciliæ portubus, vnde breuis eſt per mare Adriaticũ trãſfretatio in fines prouinciarum regnorũqꝫ nobiliſſimi ſimul ac potentiſſi[re-] Regis noſtri, Sed & Germanorũ Princi pars maxĩa fidele Regi noſtro ꝑmiſit aux- iliũ ,quod partim nunc prę̃ſtat, partim p- ſtabit in ſupplementũ,ſi qua ingruat nec ſitas.Hæc ſi Turca ſciret, non dubito, q maneret domi,ſuũqꝫ accurati⁹ muniret zantiũ,vt Regi noſtro poſſit obſiſtere, douici Regis interitũ vindicaturo.PAL.Si-

quis aliter egerit cõtra Turcã,q̃ ego dixi &
ſcripſi,illum ego dimitto,ſiue vincat, ſiue ia=
3 ceat,Ego neq; ex victoria eius fructũ, neq;
ex profligatione eius damnũ habere, ſed ab
omni fruſtra effuſo ſanguine excuſatus eſſe
volo.

## ORACVLA SCRIPTVRAE PRO Rege. FERD. contra Turcam CAPVT L.

ORA. Rex noſter alia habet oracula ſcrip=
turę ſacrę quę ſequat̃,vt ſcriptis dictiſq; tuis
nõ magnopere indigeat, Scit ſibi a Deo per
1. Prophetã pręcipi,Quęrere iudiciũ,ſubueni=
re oppreſſo,iudicare pupillo, defendere vi=
duã,Scit ex Apoſtolo,ſe non ſine cauſa gla=
ũ portare,Dei em̃ miniſter eſt, vindex in
m ei qui malũ agit, Quũ igitur Turca in
oditos eius peſſima quęq; agere intendat,
ui non ſolũ opprimit ſed etiã occidit pupil=
& viduas,ſenes & infantes,anus & pre=
antes,q̃libet innocentes, Rex noſter le=
diuinę autoritate illi reſiſtere iubetur, &
uſdẽ legis oraculis victoriã ſperare do=
.Ait em̃ dñs .Si in preceptis meis am=
bulaueritis,& mandata mea cuſtodieritis &
feceri=

feceritis, pſeq̄mini inimicos veſtros & cor-
ruent corā vobis, Perſequent̄ quinq; de ve-
ſtris Centū alienos, & centū de vobis decē
milia, Cadent inimici veſtri gladio in cōſpe
ctu veſtro, Quū ergo Rex noſter ſic ambu
let in p̄ceptis dn̄i, vt de nullo crimine cōuin-
ci, ne accuſari quidē vel ab hoſte poſſit, Ho-
ſtis aūt om̄i ex parte impius ſit & impurus
nulloq; iure noſtris bellum inferat, Cur non
ſperet, quęſo, Rex noſter a Deo victoriā, q
pro lege Dei, pro Chriſti honore, pro Diuo-
rū veneratione, p vera religione, pro aris &
focis, p pupillis & viduis, pro ſenibus & in-
firmis, pro innocentibus agricolis, pro omni
plebe Chriſti, pro cūcto deniq; populo Ca-
tholico, & vitā propriā & oēm ſubſtantiam
ſuā ſumma pietate vt hoſti crudeliſſimo re-
ſiſtat, in periculū exponit? Quid de⁹ ampli⁹
ab eo requirat? Nōne tu ipſe alicubi ſcripſ
ſti, Semper ita contingere ac contigiſſe, v
profligent̄, qui bellū abſq; neceſſitate inc
rint, quia non poſſint Dei tandē iudiciū,
eſt gladiū eius effugere? At negare non
tes, Turcā abſq; om̄i neceſſitate nulloq;
nobis bellū inferre, Cur ergo victoriā R

noſtro de illo non ſperemus? Siue igitur lę-
teris ſiue cõtriſteris tu ex victoria,quã Rex
noſter iuſtiſſime a Deo ſperat,nos certe ma-
gna fide,firma ſpe,ac pia pręce interim cum
Pſalmiſta dicemus,Dñe in virtute tua lęta-
bitur Rex,& ſup ſalutare tuũ exultabit ve-
hementer,Itẽ,Deus iudiciũ tuũ regi da, &
iuſticiã tuam filio regis.vt Rex Chriſtus, de
quo pſalmiſta loquit̃, Regẽ ſub ipſo noſtrũ,
militẽ ſuũ,contra hoſtẽ ſuũ omipotentię ſuę
brachio adiuuet ac defendat.Amen.

## XV.CONTRADICTIONES LV-
## theri,ex primis duobus Quaternio-
## nibus eius libelli, quẽ de bello
## cõtra Turcas nup ędidit.

.I.

ij. Aliqui inepti Cõcionatores apud nos Ger-
manos populo inculcant, nos neq; debere
q; oportere contra Turcas bellare.
Pręliari aduerſus Turcas, eſt repugnare
[illegible]o,viſitanti iniquitates noſtras per illos.

II.

qui vero ſic etiã inſaniũt,vt doceant. Nõ
[illegible]uere q3 vlli Chriſtiano,mũdano gladio vti

aut

aut regere.

Quomodo Chriſtus ad hoc deueniat, vt vel ipſe, vel ſui, cũ gladio agere debeant, bellare, & corpora occidere?

III.

Aliqui preterea deſyderant (vt barbarus ac ferus eſt populus noſter Germanic⁹, immo fere ſemidiaboli ac ſemihoĩes) aduentũ reg menq; Turcarũ.

In fine rogo oẽs pios Chriſtianos, vt non cõſentiamus ad ꝓficiſcendũ vel cõtribuendũ aliquid cõtra Turcas. Quũ Turca decies prudentior probiorq; ſit ꝙ ſunt principes noſtri. De⁹ liberet nos ab eis, alioſq; ex gratia det nobis Regentes Amen.

IIII.

Doctiſſimi (nolo eos noĩare) tenebant mundanã poteſtatẽ ꝓ re ethnica, humana imp tanꝗ eſſet ſtatus periculoſus ad beatitu

Eiuſmodi Tyrãni agunt, ſicut debẽt cipes mundani, Mundani prĩcipes ſunt, dus autẽ inimicus eſt Dei, ideo eos quc cere oportet, quod deo contrariũ, mũdc placitũ eſt, ne fiant infames, ſed maneãt cipes mundani, Ne mireris igitur, ſi cc

 Euang

Euangeliũ furant & inſaniant, oportet eos titulo noīcꝫ ſuo ſatiſfacere.

V.

Hinc ſacerdotes & monachi, eo redegerant Reges & principes eiſcꝫ perſuaſerāt, vt alia ſibi opera proponerent, ad ſeruiendũ Deo, veluti Miſſas audire, orare, miſſas fũdare, etc̄ ... Chriſtus ipſe deſcribit naturā mundano-rũ Principum Luce. 22. vbi dicit, Principes mũdani dn̄antur, & qui ſuperiores ſunt, po-teſtate vtuntur, Nō em̄ aliter exiſtimāt, niſi quādo naſcunt̄ aut eligunt̄ prīcipes ꝙ ius ad hoc habeant, vt permitāt miniſtrari ſibi, & cũ poteſtate regant, Qui Chriſtianus igitur vult eſſe Princeps, eũ vticꝫ deponere opor-tet hanc opinionem, ꝙ dominari ac poteſta-te vti velit.

VI

...mma, Principes & Dn̄i (qui libenter fu-...it probi) exiſtimabant ſtatũ officiumcꝫ ... pro nihilo, & ꝓ nullo miniſterio Dei, fi- ... veri ſacerdotes & Monachi, eo excep-... raſurā cucullācꝫ nō geſtabant. Si vole-... t ſeruire Deo, oportebat eos in tēpla ire. ...ixi igitur, ſtatũ Principũ, eē ſtatũ peri-culoſum

culoſum. Et infra, At dicis. Quis ergo velit eſſe Princeps? Hoc modo ſtatus Principum fieret miſerrimus ſuper terram, in quo multũ erũnæ, laboris ac moleſtiæ ſit? Reſpõdeo Non docem⁹ nũc, quomodo princeps mũdanus viuere debeat, ſed quomodo mũdanus princeps Chriſtianus eſſe debeat, vt & ipſe ad cœlũ perueniat, Quis hoc neſcit, Prĩcipẽ in cœlo ferinã eſſe carnem?

VII.

Super omĩa uero mouebat me, ꝙ ſub Chriſtiano noĩe contra Turcas pugnandum eſſe proponebatur, docebat̃, ac incitabat̃, perinde ac ſi debeat populus noſter vocari exercitus Chriſtianoꝝ contra Turcas, tanꝙ cõtra hoſtes Chriſti, Quod directe eſt contra Chriſti & doctrinam & nomen.

Hoc dico non idcirco, ꝙ per hoc docere voluerim, Mũdanã poteſtatẽ nõ poſſe Chriſtianã eſſe, aut Chriſtianũ non poſſe gladio vti, & in mundana poteſtate Deo ſeruire. Vtinã oẽs eſſent Chriſtiani, aut nullus eſſet Princeps niſi Chriſtianus, Melius res haberent ꝙ nũc habent, & Turca nõ factus eſſet tam potẽs, Sed officiũ vocationẽqꝫ proprie

 diſcer-

diſcernere ac ſeparare volui, vt conſyderet vnuſquiſq;, ad quid a Deo vocatus ſit.

VIII.

j. Contra Doctrinam Chriſti eſt, vbi dicit, Chriſtiani nō debēt malo reſiſtere, nō pugnare, non litigare, non vindicare, non in iudiciū vocare.

Clamant nonnulli prędicatores temere de Turcis, q Turcis reſiſti non debeat, quia vindicta Chriſtianis ꝓhibita ſit. Hic autem ſediciosſus eſt ſermo, qui ferri aut permitti nō debet, poteſtati enim datus eſt gladi9 & facultas, eiq; pręcipitur, vt omne homicidium rapināq; puniat, Idcirco tenetur & bello coercere eos qui contra ius bellū incipiunt, & qui rapinas homicidiaq; attentant.

IX

Chriſtus eñ Iohannis. 6. fugiebat, ac nolebat ſe fieri regem, Et corā Pilato fatebatur, regnum ſuum nō eſſe de hoc mundo, Iubebat & Petrum in horto gladium ſuum reponere in vaginam, dicens, Qui accipit gladium, gladio peribit.

Dicunt etiam aliqui, q fides gladio defēdi nō debeat, ſed pati debeam9 ſicut Chriſtus

ſtus,ſicut Apoſtoli.&c. Super hoc ſcier
eſt,ꝙ verum eſt,eos qui non regunt, deb
re per ſe priuatim pati, ſeq; non defendere
ſicut Chriſtus ſeſe non defendit. Magiſtra
tus autẽ debet ſuos cõtra iniuſtam vim de-
fendere,ſiue propter fidem ſiue propter al
am cauſſam ea vis iniqua intentetur.

X.

Si nolumus diſcere ex ſcriptura, oport
Turcam docere nos ex vagina donec exp
riamur cum damno, ꝙ Chriſtiani non
beant neq; pugnare neq; malo reſiſtere, ā-
tuos fuſtibus demulcere oportet.

Quum Poteſtas debeat & bona opera honorare,& mala punire. Roma. 13. & .1. Pet.2, debet eos quoq; coercere, qui cultũ Dei,bona prouinciarum inſtituta,iuraq; & iudicia tollere conantur, Idcirco tenetur ſiſtere Turcis, qui nõ ſolum prouincias uaſtant,ſed & iura prouinciarum,cultũ omnemq; ordinationem bonã tollunt

XI.

Cõcluſum eſt, Chriſtus vult eos doœ
vt articulũ meum intelligant, ꝙ Chri
pugnare non debeant, & damnatus arti

debet ſe ita vindicare,de Chriſtianis em
ctus eſt,& non vult damnatus, ſed iuſtus
c verax eſſe.

Ingenue adhuc fateor, eũ articulum eſſe
neum,& eo tempore a me poſitum atq; aſ-
tum,Et ſi nunc res haberẽt in mundo, vt
ic habebant,vellem ,& oporteret me illũ
uc modo ponere & aſſerere.

XII.

errogetur experientia, q; bene hactenus
eſſerit nobis cum bello Turcico, quan-
elut Chriſtiani & ſub Chriſti nomine
pugnauimus.

Secundo ſcire oportet,quis vir ille ſit,qui
contra Turcam pugnare debet, vt certus ſit
ſe & cõmiſſionem habere a Deo, & recte in
eo facere.Eorum autẽ virorum duo ſuut, &
dumtaxat eſſe debent, vnus vocatur
iſtianus ,alter Imperator Carolus.

XIII.

vt ſentiri ac palpari poſſit, Deum non
obiſcum ad pugnandum contra Tur-
,nunc; dedit Principibus noſtris tantum
nimi vel ſpiritus in cor,vt ſemel potuiſ-
ſerio tractare de bello Turcico.

Anteq;

Anteq̃ igitur adhorter aut incitem pugnandum contra Turcam, Attende mih propter Deum, Docebo te prius cum bo pugnare conſcientia.

XIIII.

Hic quæris, quinam ſint ergo Chriſtiani, & vbi inueniantur? Reſpondeo, Pauci ſun ſunt tamen vbiq̃ paſſim, licet ſtent rari longe ab inuicem habitantes, tam ſub b q̃ ſub malis Principibus.

Nos autem fatemur, ſub Papatu pl mũ eſſe boni Chriſtiani, immo omne boni Chriſtianum, atq̃ etiam illĩc ad nos deu niſſe. Dico inſuper, ſub Papa veram Chriſti anitatem, immo verum nucleum Chriſtia nitatis exiſtere.

XV.

Oportet profecto hoc bellum incipere nos a pœnitentia, noſtramq̃ emendare vi alioqui pugnabimus fruſtra.

Hoc ſimpliciter vult habere De & non aliud, vt nemo ad ipſum veniat innocẽs ſanguis Chriſti ſolus, & qui al aliud propoſuerit, ſiue opera ſua, ſiue aut ſtatũ aliquẽ, is Diabolo addict⁹ e

et,plus q̃ alius. Hoc tamen ſepe prędicaui-
mus, & inculcauimus,vt quilibet bene ſcire
queat,& ex his cõcludere ſciat,q̃ om̃ia ope-
a nr̃a,quę ideo intendũtur,ad agẽdã ſcilicet
pœnitentiam pro peccatis, atq̃ ad effugiẽ-
dam mortẽ,ea omnia blaſphema ſint opor-
t,quæ Deum, & vituperant ſacrificium
od Chriſtus peregit.

## AD LECTOREM.

Plures Lutheri Contradictiones in hũc modum excerpere nunc nõ libet,Quia cor-atus Lector eas ex Dialogo iſto plane in-telliget.In ſepticipite vero noſtro vſq̃ adeo multas ex varijs eius libris collegim⁹,vt ve-reamur,ne multitudo Lectori nauſeam ge-neret. Tam cæca tamẽ & furioſa eſt Anda-batæ huius impudentia, vt Antilogias ſuas frequentes excuſare, ac q̃libet apertas re auſit.Immo nõ veretur in iſto Tur-bello ſuo eas Euangelio conferre.Sed at dux iſte cæcorum,Quis em̃ oculato-multas,& quidẽ apertas & inexcuſabi-ntrarietates in libris eius non vidit? ,ac tacito ſaltem cogitatu reprehẽdit

Nunc

Nunc vero relucente Dei gratia, luſci quoq; & lippi nequiſſimis pręſtigijs diu faſcinati ac illu[illegible], eas videre, viſaſq; deteſtari cœperunt.

## GERMANIA AD REGEM FERDINANDVM.

HANC adflicta tibi Germa[illegible]
mitto ſalutem,
Quæ mihi non tribui, te [illegible]iſ
dante poteſt.
Vſa diu rebus quæ ſum tranquilla ſecundis,
Hoc iaceo multis tempore preſſa malis,
De quibus ipſa tuũ ſupplex cũ numẽ adoro,
Ferre mihi ſolus qui potes, adfer opem.
Ecce vides rerum quã triſtis forma mear[illegible]
Qualis & imperij ſit ſtatus iſte mei,
Omn[illegible] diſſidijs ſunt, omnia plena tum[illegible]
Illa fuit quanti res mihi cauſſa mali
Seruiles acies ſumptis nos vidimus arm[illegible]
Nuper & agreſtes rure coiſſe man[illegible]
Teſtis adhuc extat miſerãdę Francia c[illegible]
Tota cadaueribus ſqualida facta ſu[illegible]

 Ip

Ipſaq; fertilibus laudata Alſatia campis,
Quæ fuit in multis cæde cruenta locis.
At pars vlla meo ne poſſit abeſſe dolori,
Inſuper externo nunc & ab hoſte petor,
Turca ferox noſtras deſcēdere fert̄ in oras,
Alterius nobis altera cauſſa mali,
eſtis qui cum tot regna ſubegerit armis,
Poſſe ſuo ſperat me quoq; Marte capi.
qua ꝓinde meę remanet tibi cura ſalutis,
Adfer in aduerſis his mihi rebus opem,
Ne toties claris quę ſum pri⁹ aucta triū̄phis,
Hoſtib⁹ hoc fiam tempore prę̨da meis.
Nam tibi ſi rerum ſunt cognita geſta meaꝝ,
Cognita quæ cunctis Regib⁹ eſſe puto.
Semper adhuc inuicta fui, nulloſq; ꝑ annos,
Vllius inuenies me ſubijſſe iugum.
Roma ſuis totum domuit quę viribus orbē,
Nominis eſt nunquā laudib⁹ aucta mei,
laceſſiuit quoties hoſtilibus armis,
Haſc liquet incœpti pœnituiſſe ſui.
ne nil potuit virtus animoſa Neronis,
Funere qui Rheni nobilitauit aquas,
o tuere tuæ Quintili Vare cohortes,
Quas meus Arminius depulit enſe ſuo.

Nec

# AD REGEM FERDINAMD.

Nec maris Adriaci tota cum plebe ſenatu
Noſtra ſuo potuit ſubdere colla iugo.
Deniq; nec magni potuerunt lilia Galli.
Lilia ſæpe mea languida facta manu,
Quin neq; Turcarũ nos iã ſuperabimur ar
Auxilio ſi nos iuueris ipſe tuo. (m
Ducat in exemplũ celebris te fama Cam
Nam patriæ vindex & fuit ille ſuæ.
Sęcula nulla tuum nomẽ ventura ſilebun
Inferiorq; tua laude Camillus erit,
Tu modo pro nobis,& libertate meorum
In Mahometigenas ſuſcipe bella getas,
Totius infeſtos Chriſti quos noĩs hoſtes,
Nouimus,aduerſus armaq; ferre Deũ.
Hac de gẽte fera,Danielis ſcripta Prophetę,
Multa canũt,paucis hic memorãda mihi
Viderat is q̃tuor ſub imagine regna ferarũ
Aſpice,vera tibi,non ego ficta loqu
Regib⁹ Aſſyriјs, primis fera prima mo
Altera ſed Perſis aſſimulata fuit,
Tertia Graiorum referebat beſtia ſcep
Quarta poteſtatẽ,Martia Roma tua
Huius dira feræ facies truculentior illis
Diſſimiliſq; tribus conſpicienda fu

ratos dentes, bis cornua quinq; gerebat,
Et pedibus plodens concuciebat humũ,
Exiguum vero cornu ſub fronte latebat,
De medijs ortum cornibus illud erat,
In quo terrificis oculis, vultuq; minaci,
Humani capitis forma videnda fuit,
c cum cœlitibus diuis violenta gerebat,
Prælia, blaſphemos ore loquente ſonos.
irca ferox autẽ caput eſt ĩmane, qđ audis,
Aduerſus ſummũ bella mouere Deum.
loc tibi frãgẽdũ caput eſt, hoc cõcute cor=
Succũbet manib⁹ bellua victa tuis. (nu
Ergo age, Rex, anĩo præſenti ſuſcipe bellũ,
Hei mihi q̃s pœnas impie Turca dabis,
Non tibi conſuetæ mitti poſt terga ſagittæ,
Non tibi velocis proderit vſus equi,
ut vltra Tanaim patrijs eiectus ab oris,
Ludibrium cunctis gentibus exul eris,
ua ſubmittens iniectis colla cathenis,
nte triumphales Regis obibis equos.
a nobilibus gaudebit Græcia Muſis,
P ræbuit inuitas quæ tibi victa manus.
ranſq; ſuis lætabitur amnibus Iſter,
uem tuus infeſtũ reddidit ante furor.
Hoc

AD REGEM FERDINANDVM

Hoc ꝓcor eſſe ratū cœleſti numine Chriſ
Hoc velit om̄ipotēs, rexq́ paterq́ De⁹.
Sed pri⁹ externos quā ꝓgrediaris in hoſtes.
Certa tibi pax eſt conſtitueuda domi,
Sedandiq́ graues de relligione tumultus,
Hoc Regē tantū, quantus es ipſe, decet
Nec minor ingenuas ſtudijs florētib⁹ art
Ac fouiſſe ſacras ſit tibi cura deas,
Quæ ſpretæ ſine honore iacent hoc tēpo
Hac re nulla tibi glīa maior erit. (paſſi
Tūc De⁹ īdomitas, tibi Marte fauēte, cohor
Turcarūq́ dabit vincere poſſe man⁹. (tes
Tūc, quas nulla tibi poterit delere vetuſtas
Laudes ſemper erunt, gloria ſemper erit.
Longior immenſis ne creſcat Epiſtola ꝟbis,
Deſino, tu fœlix incolumiſq́ Vale.



# ERRATA SIC CORRIGITO

Fol.8. Col.1.ver.6.lege quidã Fol. 9.Col. 1.ver.3.le.ſubditorũ. Fol.eo.col. 2 .ver. 1. pro eũ;lege eſt. Fo.10. col.1. ver.14.pro & lege De. Ibidẽ ver;19.pro Subeſt lege ſupereſt. Fol.12.Col.1.ver.13.poſt periculoſum adde qꝫ. Fol.16.col.2.ver.10;lege coa-mate. Fol.22. col.2.ver.22. leg. vulgi. ol.ſequẽ.col.1. ver.2 leg .nobis Fol. 25. ol;1 ver. 10.pro die leg;vel. Ibidem vlti. uob.ver;corr.Regis, Achitob. Fol. 27. Col.1.ver.11.leg; Inter eos. Eodẽ col.2. ꝟ. 21.leg;tranſfretatioẽ Fol.28.Col.2 ver.15 leg;noſtris. Ibidem ver;19.leg.Balduinus. ver.ſequẽ.leg;Quinquagĩta. Fol.29 .col. 1.ver.3.leg.Balduinus, Ibidẽ ver.19.le.dicebat. Fol.30.Col.1.ꝟ.21,leg.pfide. Fol. Col.1. ver.19.leg.obediẽtiæ. Fo. 32.col. er.19.ꝑ ac leg.a: Fol.37.Col.1.ꝟ.4.le. ver.ſequẽ. le. Orator: Fol.39 .Col.1. .12.le.adunaret. Fol.40.Col.2.ver .2. Simillimus. Fol.45.Col.2 ver .22.poſt ẽnus adde factũ: Fol.47.Col.2 . ver. .offendere; Fol.52.Col.1. ver . vlti.

pro &

pro & lege a. Fol:54. Col.1. ver. 15. leg
exanimare. Fol.55. Col.2. ver. 3. leg. abun
dare: Fol 66. Col.2. ver. 5. pro eiuſq; lege
ſuiſq;. Eod. Col.2. ver. 15. euentui.

Excuſum Lipſiæ, in Officina Valen
tini Schumãni, pridie Calendas
Iulias. M.D.XXIX. Sub
pio ac per oĩa Catholico
Principe D. GEOR-
GIO Saxoniæ Du-
ce. &c̃.


INODVS
LVTHERVS.
MARTI: LV
THER: BIC
EPS·

Konserwacja dokonana w r. 1965
przez Pietra Karowskiego
Introligatora Biblioteki Miejskiej

1281

1281 = 84
B.